Num animal brutum & irrationale delinquens, puta homine interficiendo, coitum humanum admittendo, pœnâ mortis affici debeat. Speckhan. *cent.1.q.14.*

27. Burg.

De ſignificatione verbi Burg / de vocabulis ex eodem ortum capientibus, & de nominibus hominum & Officialium, qui ad Burgos, quatenus pro Caſtris ſumuntur, ſeſe referunt, vid. Werner. Killinger *in tractatu de Ganerbiis, diſcurſ. 3.*

C.

1. *Cadaver ſuſpenſorum, punitorum.*

Berlich. *5. concluſ. 48.* Heig. *2. q.37.*

Num merum Imperium, in corpus mortuum exerceri poſſit, ſive, num cadaver hominis mortui pœna adfici poſſit. Speckhan. *centur. 1. quæſt. 85.*

Metz-

Metzger. *conſ. crim. 15. f. 285. §. ex hac* Petr. Heig. *lib. 2. q. 37.*

An punitorum, & maxImè ſuſpẽſorum, ſive cruciariorum cadavera Medicis ad anatomiam concedi debeant. Speckhan. *cent. 1. q. 8.*

An cadavera ſuſpenſorum, rotæ impoſitorũ &c. poſſint deponi & ſepulturæ mandari, an verò in patibulo & rotâ relinquenda ſint. Speckhan. *cent. 1. q. 9.* Gilhauſ. *A. crim cap. 2. tit. 27. de furto. n. 44. m. f. 132.* Dn. Schickard. *d. l. Reg. Sam. fol. 98. v. Quamvis.*

De pœna illorum, qui cadavera ſpoliant, vel omninò auferunt. Berlich. *5. concl. 47. & ſeq.*

2. *Caducitas: vid.* infra emphyteuſis. & verb. feudi amiſſio.

Volente domino non locum habet pœna caducitatis, Franciſc. Viv. *deciſ. Neapol. 74.*

An dominus recipiendo canonem prę̨teriti temporis, remittere videatur caducitatem. Surd. *dec. 317.*

De caducitate ob non petitam Inveſtituram: ubi etiam de excuſatione ab ipſa caducitate Surd. *dec. 342.*

An ob non ſolutum laudemium, caducitas committatur. Surdus *deciſ. 200.*

Exactor fictuum an remittat caducitatem. Surd. *dec. 181.*

Emphyteutæ jam commiſſa caducitas poteſt declarari pendente judicio. Surd. *dec. 29.*

3. *Calculi error, Calculatores.*

Quid ſit calculus, Paul. Chriſtin. *vol. 2. dec. 98.*

Quando eligendi Calculatores. Chriſtin. *2. dec. 98.*

Calculus generalis reſtringitur ad cauſam præcedentem, Joan. Petr. Surdus *dec. 217.*

Error Calculi an & qualiter poſt tres conformes ſententias reducendus. Cõpp. *qq. enucl. 10. dec. 1.*

Calculus quando dicatur erratus, ut iterum calculari debeat. Chriſtin. *2. dec. 98.*

Qualiter, ex quibus & quomodo probetur error calculi. Chriſtinæ. *2. dec. 98.*

Calculatio & ſaldum, quando habeat vim rei judicatæ. Chriſtinæus. *2. dec. 98.*

An allegatio erroris, impediat ſolutionem proviſionalem. Chriſtin. *2. dec. 98.*

Error calculi an poſſit opponi, etiam poſt tempus à partibus contrahẽtibus oppoſitioni præfixum. Teſſaur. *dec. Pedemont. 260.*

4. Calumniatores.

De Calumniatoribus vid. Paul. Chriſtinæum. *decif Belgicar. vol.4. deciſ 201.*

Quot modis Calumniator puniri poſſit, Millæus *in pract. crim. fol. m. 21. n 22. & ſeqq.*

5. Cambium, Litera Cambii.

De literis Cambii, vid. H. Piſt. *obſerv. 179.*

Cambia quando ſint licita, & debeantur Maſtrill. *dec. 303.*

Cujus ſit periculum in contractu Cambii, Modeſt. Piſt. *1. q. 87.*

An pro literis Cambii competat via executiva contra acceptantem. Maſtrill. *dec. 9.*

Literæ Cambii an & quando contra ſcribentem vel acceptantem habeant exequutionem paratam; & quid ratione intereſſe, vel ſtante decoctione, & fallimento alterius ex ipſis. Maſtrill. *dec. 221.*

6. Camera Imperialis.

De Camera Imperiali vid. Andr. Gail. *lib. 1. obſ. 1.* Gilhauſ. *arbor. Iud. Civ. in prælud. nu. 40. & ſeqq. & cap. 1. part. 1. §. 1.* Otton. *de jur publ. cap. 11. n. 9. m. f. 241. & ſeqq* Carpzov. *capitulat. c. 9. n. 13. &c.*

De origine, & cur Camera Imperialis inſtituta Otto *de jure publ. d. loc. m. f. 241.* Heig. *lib 1. q. 9.*

Juriſdictio Cameræ Imp. qualis ſit, Schvvanman. *obſ. 3.* Heig. *lib. 1. q. 9.*

Judicium Cameræ habet cum Cæſare concurrentem Juriſdictionem, unde & prventioni locus eſt, Schvvanman. *obſ. 4.*

An Cameræ Imperiali quoad Cæſarem ipſum, privative in Civilibus cauſis Juriſdictio tributa ſit. Gilhauſ. A. Civ. *d. part 1. f. 10. n. 28.*

Camera quando ſit Judex competens vel non. Gilhauſ. A. Civ. *part. 1. c. 1.* Otto *de jur. publ. f. 247. d. cap. 11. n. 9* Andr. Gail. *lib. 1 obſ. 1.* Schvvanman. *obſ 25.*

Aſſeſſores Cameræ ubi conveniendi. Schvvanman. *obſ. 5.*

An litigantes in Camera, cum habent ſecuritatem, propter maleficia alibi commiſſa, poſſint capi. Schvvanman. *obſ. 6.*

An cauſæ matrimoniales per appellationem ad Cameram devolvi poſſint, Gilhauſ. A. C. *f. 12. n. 44.*

7. Cam-

Digitized by Google

7. *Cancellatio.*

Cancellatio Inſtrumenti probat debitum fuiſſe ſolutum: & quomodo ſit facienda, & quando valeat, Fr. Viv. *dec. Neapolitan. 45.*

8. *Canonici.*

Vid. *verb. Capitulum.*

Canonicatus ſine præbenda an cõferatur. Cavetta *conſ. 170.*

9. *Canones.*

Quatenus canones nos obligent, Martin. Vran. *in lecturis ad cap. 1. extra de conſtitutionib.*

10. *Canon emphyteuticus:* vid. emphyteuſis, & ſupr. verb. caducitas.

An dominus recipiendo canonem præteriti temporis, remittat caducitatem. Surd. *dec. 317.*

Hypotheca pro canone an competat contra tertium, Surd. *dec. 32.*

11. *Capitatio.*

De capitatione vid. Bulenger. *tract. de vectig. Imp. Rom. f. 47.* Baptiſt. Vicecom. *diſcurſ. hac de re ſing.*

12. *Capitis minutio.*

Capitis minutio, recte ſtatus prioris mutatio definitur. Dn. Beſold. *in delibat. lib. 4. q. 18.*

Minimâ capitis deminutione, adhuc hodiè minui caput. Dn. Beſold. *d. l q. 19.*

13. *Capitulationes Cæſareæ.*

Vide omninò Carpzov. *in diſcurſ. de Capit. Imp.* adde Dan. Otton. *de jure publico cap. 12. m. f. 314. & ſeqq.*

14. *Capitulum.*

An Capitulum vel Collegium Canonicorum, ſede vacante, abſq; confirmatione antiſtitis, de bonis Eccleſiæ validè poſſit contrahere. Thoming. *vol. 1. conſ. 37.*

De Capituli poteſtate, ſede vacante. Georg. Everh. *1. conſ. 41.*

15. Captivi.

De captivis, v. Marc. Anton. Peregrin. *in tract. de jure Fiſci, lib. 3. tit. 3.* vid. *ſupra verb. bellum.*

Captivi ab hoſtibus hodie diſponere poſſunt, nec poteſt adiri hæreditas captivi, niſi de morte plene conſtet. Vir. *1. dec. 43.*

Captivus qui L. Cornel. fingitur mortuus horâ præambulâ captivitatis, an tranſmittat ſuam ſucceſſionem ad proximiores exiſtentes tempore captivitatis, an verò ad eos, qui ſunt proximiores tempore mortis. Theſ. *2. q. 50.*

Capti tempore treugæ, an poſſint puniri de rebellione commiſsâ tempore belli. Theſaur. *2. quaſt. 43.*

16. Captura, relaxatio captivorum.

De captura. vid. Dn. Thom. Metzger. *in tract. de captura & tortura reor. inſerto conſil. iccrimin.* & locum ſeq. ac Nic. Everh. Jun. *vol. 1. conſ. 24.*

Quando & quibus in caſibus ad capturam procedendum, vid. Thom. Metzger, *conſil. crim. 1. q. 1.* & *in tract. de captura, concluſ. 13. & ſeqq.* Millæum *in pract. crim. f. 40. n. 4. & ſeqq.*

Judex an in cauſis criminalibus in diſtinctè à captura incipere poſſit? Mynſing. *cent. 5. obſ. 69.*

Captura an dicatur nulla, ſi fiat à Judice incompetenti, & quando id locum habeat, Teſſaurus *deciſ. Pedemont. 120.*

Quæ ſint ſufficientia indicia ad capturam, Metzg. *d. conſ. 1. n. 9.* & *de captura concl. 19. & c.*

An & quando, & quib. in caſibus quis capi poſſit ſine Judicis mandato: vel an quilibet poſſit capere malefactorem & delinquentem, Metzger. *d. tract. concl. 8. & ſeqq.* Millæus *in pract. crim. f. 45. n. 13. & ſeqq.* Joan. Schneidew. *in §. ſartor. n. 4. Inſt. de obl. qua ex del. & in §. item actio. n. 17. de action.*

Vtrum debitor fugitivus reſpectu bonorum vel perſonæ tantùm, poſſit propriâ auctoritate à Creditoribus detineri, vel perſonaliter capi, Cevall. *q. 267.* Gail. *2. obſ. 44. v. verb. fuga.*

An & quando perſonę nobiles &c. capi & incarcerari queant, præſertim, quando veneficii &c. ſunt ſuſpectæ, vel an ſub cautione juratoria ſint relaxandæ, v. Godelman. *de magis. lib. 3. cap. 6. n. 10. & ſeqq.* qui *per tot. caput de veneficarum & ſagarum captura* agit. ad. de Georg. Everhard. *conſ. 2. vol. 1.*

Reum fugiẽtem an liceat perſequi, & capere in territorio alieno H. Piſt. *obſ. 42.* Wehner. *conſil. Francon. 92.* Dn. D. Beſold. *in tract. de jure rerum &c. f. 271 n. 3.*

Conſuetudine vel præſcriptione introduci poſſe, ut Senatus alicujus Civitatis, reos ibi delinquentes in alterius Judicis territorio comprehendere,

dere, & in Civitatem ſuam abducere liceat v. Jacob. Thoming. *vol. 1. conſ. 22.* Georg. Everhard. *volum. 1. conſ. 13.*

Et an ita captus remittendus ſit judici loci, in quo captus fuerat. Hartm. Piſt. *d. obſ. 42.*

An neceſſe ſit in ſupplicationibus pro obtinendis Mandatis de relaxandis captivis ſine clauſula, ſuper pignoratione in ſpecie jus, cujus ratione captura eſt facta, exprimere & narrare, Chriſtoph. Schvvanman. *in obſ. pract. Camer 108.*

Proceſſus de relaxando captivo ſuper pignoratione ob defectum requiſitorum in Camera denegantur: & quæ ſint hujus conſtitutionis præcipua requiſita. Schvvanman. *d. l. obſerv. 109.*

Quando ratione ſui intereſſe quis pro relaxando captivo ſubdito ſuo mandatum impetrare queat, Schvvanman. *obſ. 110.*

Si quis vi è domo ſua extrahatur & incarceretur, an propterea mandatum de relaxando ſine clauſula ſit decernendum? Schvvanm. *obſ. 112.*

17. *Carcer, incarcerati.*

De carceribus, vid. Thom. Metzger *in tract. de captura.* & vid. *locum præcedentem.*

Quomodo definiatur carcer ab interpretibus noſtris, & quotuplex ſit, Eberh. Speckhan. *cent. 1. q. 19.*

De carcere publico, vom Schuldthurn / vid. Matth. Berlich. *part. 2. concl. 28.*

Quis uſus carceris, & num pœnæ vel ſupplicii loco irrogari poſſit? Speckhan. *d. cent. 1. q. 20.* Andr. Gail. *lib. 1. obſ. 26. n. 7.* Metzger. *de captura concluſ. 5.*

Num carcer, cuſtodia publica, vel vinculum irrogent infamiam. Speckhan. *cent. 1. q. 16.*

Incarceratio an ſit meri Imperii vel Iuriſdictionis, vid. Ludovic. Gilhauſ. *in arb. Iudic. Civili, cap. 1. part. 1. de iuriſdict. §. 3. n. 88. & ſeqq. m. f. 29.*

Incarceratio alicujus an & quando fieri poſſit vel non, Paul. Chriſtinæus *dec. Belg. vol. 1. dec. 378.* Thoming. *vol. 1. conſ. 47.*

Quæ perſonæ capi & incarcerari nequeant, & quatenus procedat, vid. Metzger. *de captur. concluſ. 32. & ſeqq.*

An nobiles, illuſtres &c. perſonæ ſuſpectæ veneficii &c. incarcerari poſſint. Georg. Everhard. *vol. 1. conſil. 2.*

Fœminæ an & quando incarcerari poſſint, vel non, Metzger, *de captura concluſ. 33. & ſeq.* Millæus *in pract. crim. m. f. 40. nu. 10. & ſeqq.* Pruckman. *de different. utriusque ſexus part. 2. princip. art. 5.*

An pro debito quis incarcerari

 poſ-

poſſit, donec ſolvat, Georg. Everh. *vol. 1. conſ. 10* Gail. *1. obſ. 26.* Millæus *in pract. crimin. fol. 42. numer. 27. & ſeqq.*

Obligatio ad carceres an valeat, Gail. *1. obſ. 45. n. 5.* Mynſ. *cent. 6. obſerv. 51.* Gilhauſ. *in arbore Iud. Civ. c. 10. de proceſſ. execut.* §. 7.

De relaxandis debitoribus ex cauſa Civili captis, Gail. *1. obſ. 26.*

Si judex aliquem injuſtè carceravit, an & quatenus injuriarum teneatur? Gilhauſ. *in arb. crim. tit. 34. de injur. & famoſ. libell. cap. 2.* §. 3. *n. 15. fol. m. 21.* Metzger *de captura concl. 42.* Millæus *in pract. crimin. f. m. 45. nu. 4. & ſeqq.* & *infr. verb. injuria.*

De appellatione ab incarceratione, v. Matth. Weſenb. *conſ. 43.*

Si appellatur ab incarceratione injuſta, an Iudex ad quem, poſſit de facto captivū eximere de cuſtodia Iudicis inferioris, v. *ſupra appell.* & Gilhauſ. *in arb. crim. cap. 3. part. 1. de inquiſit. n. 31.*

Actio injuriarum ob carcerem injuſtum, utrum ſit annalis an verò perpetua, Rauchbar. *lib. 1. q. Saxon. 48.*

Promiſſio ab injuſtè carcerato, vel ejus amicis ut liberetur à carcere, an valeant, Nicol. Everhard. Sen. *conſil. 64.*

Confeſſio vel contractus ab incarcerato factus, aut obligatio extorta, an & quando ſubſiſtat, Lanfranc. *in prax. tit. de confeſſion. n. 23.* Thoming. *vol. 1. conſ. 47.*

Quomodo puniantur carcerum effractores, Metzger *de captura reor. concluſ. 54. &c.* Gilhauſ. *in arb. crim. cap. 3. part. 1. de inquiſition. n. 32.*

E carceribus fugientes, an videantur delictum fateri, Metzger *d. loc. concl. 54. & ſeqq.*

Is qui è carceribus aufugit, an poſtea pręſtitâ cautione juratoria de ſtādo juri, ad defendendum admittatur, Nic. Everh. Sen. *conſ. 34.*

Cuſtos carceris, carcerato aufugiente, an & quomodo puniendus, v. *infra cuſtos.* & Gilhauſ. *in arb. crim. d. tit. de inquiſit. n. 33. m. f. 261.*

Quando liceat fugere à carcere, Fr. Viv. *dec. Neap. 201.*

Quomodo puniendus ſit, qui Indici, ejuſve ſatellitio carceri vel cuſtodiæ quem exemerit, v. *infra lit. E verb. eximere reos &c.* & Eberh. Speckhan. *cent. 1. q. 60.* Conſil. Altorff. *m. f. 642.*

De citatione reali ſive incarceratione accuſati, ad ſimplicem denunciationem adverſarii facta. Reuſner. *2. conſ. 14.*

De ſatiſdationibus rei incarcerati. Reuſner. *vol. 2 conſ. 15.*

Carcerati mors cuſtodi quatenus adſcribatur. Cravetta *conſ. 202.*

Carceratus ſeu detentus in domo, loco carceris, quando licitè & impunè recedere poſſit, ſeu rediens à pœna excuſetur: & quid ſi ſub pœna & cum fidejuſſione promiſit non recedere, & non rediit. Hond. *2. conſ. 94.*

De ex-

De exceptione carceris ſeu cuſtodiæ, v. aliquot conſilia *in conſ. illuſtr.* Bapt. Cæſar. *conſ.* 1. *& ſeqq. p.* 2. Weſenb. *conſ.*152.

De alimentis incarcerato præſtandis & cui tale onus incumbat? Matth. Weſenb. *conſ.*150.

Incarcere qui diu ſtetit, mitius punitur Viv. *dec.* 201.

Carcerum principalis dominus an & quando teneatur de culpis & defectibus ſubſtituti, aliorumque miniſtrorum. Maſtrill. *dec.* 276.

Carcerati quando poſſint liberari? Viv. *dec.*202.

Vtrum & quando reus Criminis alicujus, vel jam incarceratus, vel incarcerandus, ſub cautione fidejuſſoria, judicio ſiſti & judicatum ſolvi, rectè relaxari ac dimitti poſſit, ac debeat, nec ne. Speckan. *cent.* 3. *cl.* 2. *qu.* 15. Nic. Reuſner. *vol.* 3. *conſ.* 1.

Si fidejuſſor reum mortis, alteriusve pœnæ corporalis & ſanguinariæ carcere relaxatum, quem judicio ſiſtere promiſerat, præſentare & exhibere nequeat, num eadem pœna corporali, qua is plectendus erat, ſit afficiendus Speckan. 3. *cl.* 2. *q.* 16.

18. *Cardinales.*

De Cardinalibus Sacræ Romanæ Eccleſiæ, v. Camill. Borell. *tom.* 1. *deciſ. tit.* 5.

19. *Carnifices.*

An carnifices honeſtis Civib. admiſcendi? Dn. D. Beſold. *in tract. de trib. domeſt. ſociet. ſpecieb. f.* 106. *num.* 4.

20. *Caſtitas.*

De encomio. Caſtitatis, vid. Fr. Viv. *dec. Neap.* 454.

21. *Caſtrum, Arces, fortalitia.*

Vid. omninò Werner. Killinger. *in tract. de Ganerbiis Caſtr. præſertim c.* 2. adde Andr. Gail. *lib.* 2. *obſ.* 62.

De ſignificatione verbi *Burgus*, Burg: de vocabulis ex eodem ortum capientibus, & de nominibus hominum & officialium, qui ad burgos, quatenus pro caſtris ſumuntur, ſeſe referunt v. Killinger *de Ganerb. c.*3.

Quib. licitum ſit caſtra atque fortalitia extruere, tàm de jure novo, quàm veteri. De jure muniendi, utrũ id ſubditi jure ſibi vindicent, abſque conceſſione Principis, v. Killinger. *de Ganerb. diſc.* 4.

An Caſtra communia ſint dividenda, vel an quis invitus in communi ſtare teneatur? Killinger *d. tract. diſcurſ.* 6.

Vtrum

Vtrum Ganerbius, ſive ſocius alienare poſſit partẽ ſuã in Caſtro cõmuni in extraneum, & utrum in potentiorem fieri poſſit translatio, Killing. *d. tract. diſcurſ. 7.*

De Iuribus Caſtro competentibus, & ejus pertinentiis, Gail. *dict. obſ. 62.* Killinger. *d. tract. diſcurſ. 6.*

Caſtro conceſſo, quid veniat cum eo. Quetta. *conſ. 1. & conſ ſeq.*

Caſtro cum pertinentiis conceſſo, quid veniat Cravett. *conſil. 54.*

Caſtrum quando eſt conceſſum cum Iuriſdictione, & ſub generali cõceſſione, an comprehendantur omnia exiſtentia in Caſtro, & Iuriſdictione ac territorio Caſtri. Quetta *conſil. 10.*

An conceſſo Caſtro, cenſeatur cõceſſa Iuriſdictio & quæ. Paul. Chriſtin. *vol. 2 dec. 159.* G. Everh. *1. conſ. 50.* Killing. *de Ganerb. cap. 2. n. 54.*

Conceſſo Caſtro cum mero & mixto imperio, an Regalia conceſſa eſſe videantur, Marc. Ant. Peregrin. *tract. de jure fiſci. lib. 1 tit. de iis, qui jura fiſcalia habent. num. 97. & ſeqq. m. fol. 47. & ſeqq.*

Caſtrum intermedium duarũ Civitatum cujus eſſe præſumatur, & an poſſidens id ipſum, habere videatur poſſeſſionem adjacentium. Chriſtin *2 dec. 159.*

Num in Caſtro ad epiſcopatum pertinente, in alia tamen Provincia extra Epiſcopatum ſito, ſervari debeat jus epiſcopatus, an Provinciæ, in qua ſitum eſt Caſtrum. Thoming. *deciſ. 41.*

22. *Caſus fortuiti: vid. omninò* infra verb. locatio conductio. & verb. remiſſio mercedis &c.

De caſuum fortuitorum appellationibus, definitionibus, ſpeciebus, exemplis & cauſis, vid. Eberh. Speckhan. *cent. 2. claſſ. 1. q. 17.*

Vtrum in judicialibus neceſſe ſit, ad hoc, ut quis de caſu fortuito teneatur, cavere, ut caſus ſingulariter exprimantur, ac nominentur; an verò ſufficiat, ut quidam caſus ſpecificentur, cum ſubjectione clauſulę generalis? Hier. Pantchman. *qq. pract. lib. 1. q. 9.*

Vtrum renunciatio generalis Caſuum fortuitorum, comprehendat inſolitos & graviores expreſſis. Cævall. *q. 702.* Cravett. *conſil. 95.* adde Pantchman. *lib. 1. q. 7. & ſeq.*

Periculum & caſum fortuitum in ſe recipiens, quatenus teneatur. Cravetta *conſ. 372.*

Is qui allegat caſu fortuito aliquid contigiſſe, an & quatenus probare debeat, id abſque ſua culpa fuiſſe factum H. Piſt. *1. q 18.*

Digitized by Google

23. *Caſus inſoliti.*

Quis dicatur caſus inſolitus, Hier. Pantſchman. *lib. 1. q. 8.*

Falſam & fictam eſſe communem Dd. diſtinctionem, quam inter caſus fortuitos, ſolitos atque inſolitos invexerunt, demonſtrat idem Pantſchm. *d. loc. q. 7.*

Caupo, Hoſpes, hoſpites. Caupona, hoſpitium, diverſorium.

An quilibet cauponari & hoſpites recipere poſſit, etiamſi publicum diverſorium non habeat? Berlich. *deciſ. 5.*

Num quis hoſpites invitus recipere cogatur. Speckhan. *cent. 1. qu. 23.* Schneidevv. *in §. item exercitor. nu. 7. Inſt. de obl. qua ex delict.*

An item Princeps ſubditos ad onus hoſpitandi Aulicos, cogere poſſit? Cravetta, *conſ. 308.*

Caupo viatorum præſtat factum. Dn. Beſold. *in delib. lib 4. q. 25.*

Caupo an teneatur de furto in hoſpitio comm ſſo, & quando ad id poſſit teneri. Theſaur. *2. q. 55.*

Vtrum ſtetur Juramento hoſpitis contra ſtabularium, quando reperitur valiſia aperta vel diſſigilata, Cævall. *q. 685.* Schneidevv. *d. §. item exercitor. n. 5.*

De cauſa recepti & actione receptitia. Nicol. Reuſner. *vol. 3. conſ. 9.*

25. *Cauſa.*

Multa propter *certam cauſam* licent, quæ aliàs minimè. v. Tiraq. *de pæn. temp. in præfat.*

Cauſa quemadmodũ in diſpoſitionib. hominum ſe habeat, Merend. *2. cap. 25.*

De falſa cauſa Merenda *lib. 2. contr. 26. & ſeq.*

Quemadmodùm nova cauſa probetur. Merend. *5. c. 23.*

26. *Cauſa, Civilis Criminalis.*

Cauſa criminalis quæ dicatur. Gilhauſ. *in arb. iud. crim. in prolegom. num. fin.*

Vtrum delictum dicatur publicum vel privatum, quando pœna venit applicanda fiſco, Cævall. *q 216.*

Cauſa criminali pendente, an ſit ſuperſedendum in Civili. Maſtrill. *deciſ. 220. v. infra verb. concurſus actionum.*

27. *Cauſa cognitio.*

Cognitionem cauſæ in omnibus requiri, unde lædi tertius poſſit. Craverta *conſ. 592.*

Commiſſâ cauſæ cognitione, an cenſeatur ejuſdem definitio & executio commiſſa, Joach. Mynſing. *centur. 4. obſ. 93. v. v. delegatio.*

Cauſæ concluſio : vid. infra concluſio in cauſa.

28. *Cauſa continentia.*

De cauſæ continentia, vid. Ludovic. Gilhauſ. *in arb. Iudic. Civili, cap. 5. ramuſcul. 10. de exceptionib. n. 51. & ſeqq. m. f. 207. & ſeq.*

Cauſæ continentia non dividenda. Mynſ. *cent. 1. obſ. 97.*

Continentia cauſę quot modis cōtingat: & quibus in caſibus locum obtineat. Gilhauſ. *d. loc. numer. 50. & ſeqq.*

Cauſa plures contingens an coram uno & eodem Judice terminanda, vel ſeparatim Mod. Piſt. *q. 101.*

De modis, quibus continentia cauſæ reſpectu perſonarum conſideranda venit. Gilhauſen. *d. loc. numer. 52.*

Pluribus immediatè Imperio ſubjectis una actione conveniendis, an Auſträgæ locum habeant. Gilhauſ. *d. loc. n. 53.*

Iuriſdictio ſuperioris fundatur per continentiam cauſę, in caſu citationis per Edictum, quæ ad diverſas Iuriſdictiones inferiores debet pertingere. Gilhauſ. *d. loc. n. 54*

Continentia cauſæ etiam locum habet in laico & Clerico. Gilhauſ. *d. l. n. 55.*

An continentia cauſæ fundare poſſit Iuriſdictionem ſuperioris, ſi partim in rem, partim in perſonam agatur, Gilhauſ. *d. l. n. 57.*

Si Princeps diverſa habet territoria, underſchidliche Regierung / & aliquis tres vel quatuor convenire velit, eidem Principi ſubjectos, ſed diverſis tamen regiminibus, an ſuperioris Iuriſdictio per cauſæ continentiam fundetur. Gilhauſ. *juxta d. loc. n. 58.*

Continentia cauſæ ratione cæptæ litigii quæ ſit. Gillhauſen. *d. loc. numer. 59.*

Et an lis, cauſa, judicium ſint unum & idem, vel inter ſe differant; Quando litigium cæptum eſſe dicatur. Item quotuplex ſit cauſæ continentia ratione cæpti litigii. Gilhauſ. *d. loc. numer. 60.*

De cauſæ continentia, & an diviſo territorio, cenſeatur diviſa. Matth. Weſenb. *conſ. 32.*

Cauſa non poteſt dividi coram diverſi

verſis judicibus, nec pendente cauſa criminali, intentari cauſa Civilis contra eundem. Viv. *dec. 136.*

Cauſæ continentia quando & quibus in caſibus dividatur vel non. Maſtrill. *dec. 138.* Cravetta *conſil. pro Genero.* Gilhauſ. *d. loc. num. 61*

29. *Cauſa feudales:* *vid.* verb. feudum.

Cauſa feudalis, ſi ſtantibus literis Regiis, non fuerit tranſmiſſa ad ſupremum Conſilium via recognoſcendi in primo Iudicio, an poſſit peti tranſmiſſio in ſecundo Iudicio. Maſtrill. *deciſ. 81.*

Cauſa feudalis an dici poſſit, ſi agatur actione perſonali ex aliqua conventione ad feudum, & quid in actione hypothecaria. Maſtrill. *dec. 117.*

30. *Cauſa ſummaria: vid.* infr. Lit. S. verb. ſummariter procedere.

De cauſis ſummariis, & in quibus neque libellus requiratur, nec litis cõteſtatione opus ſit, Iacob. Schultes *pract. obſervat. 3.*

31. *Cautio: juratoria cautio: vid.* infra ſatiſdatio.

Cautionem quando quis tenetur dare, intelligitur ſine fidejuſſore vel pignore: & quatenus hoc procedat? vid. Vivium *dec. 137.*

Idonea cautio quæ dicatur? Gail. *2. obſerv. 26. numer. 6.*

An idonea cautio in eo retentionis jure conſtitui queat, quod Mulier dotis nomine habet, Schultes *lib. 1. qu. 12.*

Cautio Saxonica pro reconventione & expenſis, an hypothecam reo tribuat. Schultes. *obſ. 17.*

De actore, qui immobilia poſſidere negatur, an interim ei injungenda ſatiſdatio. Schultes *obſ. 18.*

Mobilia precioſa poſſidens, an à ſatiſdatione ſublevetur. Schultes. *obſerv. 19.*

De quantitate poſſeſſionis immobilium ac ſatiſdationis. Schultes. *obſerv. 20.*

De cautione earum perſonarum, quæ alieno nomine interveniunt. Schultes *obſ. 21.*

De conſuetudine Curialium Provincialium Electoralium Saxoniç circa ſatiſdationes. Schultes *obſ. 22.*

Annui reditus an à ſatiſdatione relevent. Schultes *obſ. 23.*

Vtrùm cautio ſecuritatis ab inimico pręſtanda, duret ſolum per triginta dies, vel quanto tempore. Cævall. *q.34.*

Satiſdatio an ab una cauſa vel judicio ad aliam cauſam vel judicium trahatur. Schultes *obſ.24.*

Ruſticus qui manifeſtis ſignis probavit, equum furto ſibi eſſe ſubtractum, eumque ſibi reſtitui petens, an teneatur cavere de reſtituendo, ſi alius forſan ſupervenerit, prætendens æquum eſſe ſuum. Pingizer. *q.37.*

Quid jurare debeat, qui ad juratoriam cautionem admittitur, Speckan. *cent.2.claſſ.4.q.13.*

Cautio juratoria quatenus locum habeat. Ayrer. *in proc.p.1.cap.10.obſervat.7.*

Poſſidens bona immobilia extra Provinciam jus dicentis, an juratoriam cautionem præſtare teneatur. H. Piſt. *obſ.169.* Cævall. *q.66.*

Præſtans cautionem juratoriam, an teneatur ſpecificare ſua bona. Paul. Chriſtin. *vol.1.dec.380.*

32. *Cautio judicatum ſolvi.*

Cautio de judicatum ſolvendo, licet contineat cauſam defenſionis, ita quod fidejuſſor reum defendere teneatur, ipſum tamen conveniri non poſſe, antequam reus conventus fuerit. Cravett. *conſ.272.*

Cautio uſufructuaria: vid. infra uſufructuaria cautio.

33. *Celeritas, feſtinantia:* vid. Judex, ſententia.

Celeritas vel feſtinantia, quando commendetur, & quando improbebetur, Fr. Viv. *dec. Neap.375.*

Cenſus: vid. ſupra verb. annui reditus &c.

34. *Cereviſiam braxare.*

De jure braxandi, coquēdi & vendēdi cereviſiam. vid. Hieron. Treutler. *conſ.117.*

De jure Cereviſiam coquendi Nobilibus & aliis interdicto. Berlich. *deciſ.31.*

An is, qui promiſit ſe nolle braxare cereviſiam, neque ullum alium quæſtum ad Cives pertinentem exercere, poſſit nihilominus cereviſiam braxare ad propriam ipſius & familiæ ſuæ ſuſtentationem. H. Piſt. *obſ.49.*

75. Cer-

Digitized by Google

75. *Certioratio: vid.* SC. Velleianum.

Reg. Eum, qui certus eſt, certiorari ulterius non oportet, quomodo & quando procedat, Dyn. *in reg. 31. de R. I. in 6.*

Certioratio an neceſſaria ſit, quando Juramentum præceſſit, Kellenbenz. *in tract. de renunciat. q. 4.*

36. *Ceſſio Jurium & actionum: Exceptio cedendarum actionum.*

An ceſſio poſterior verbalis, priori reali præjudicet? Treutler. *conſ. 113.*

Cedens & ceſſionarius an poſſint ſimul agere pro re ceſſa, & an poſſit opponi exceptio litis pendentiæ. Paul. Chriſtin. *vol. 1. dec. 137.*

Ceſſio actionis quando fieri poſſit, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg. volum. 2. dec. 110.*

De beneficio cedendarum actionum fidejuſſorib. competente. Quādo ceſſio actionum à Creditore impetrari debeat: & ſiquidem ante ſolutionem petita non fuerit, aut fidejuſſor beneficio cedendarum renunciavit, an poſtea nihilominus peti ab invito creditore poſſit? Heig. *1. q. 31.*

Creditor an & quatenus uni ex plurib. fidejuſſoribus ſolventi, actionem contra reliquos cedere atq; præſtare teneatur. H. Piſt. *1. q. 48.* Cöppen. *dec. 51.*

Et quid juris fidejuſſor ex hac ceſſione contra debitorē & confidejuſſorem accipiat. Cöpp. *dec. 51.*

Ceſſio actionis an & quando poſt ſolutionem fieri poſſit, vel correo vel fidejuſſori ſolventi. H. Piſtor. *obſerv. 157.*

An creditor teneatur cedere fidejuſſori vel correo jus ſuum, antequam totum debitum ſit ſolutum, licet illius ſolutio ſit in plures terminos diviſa, & pro uno ſatisfactum. Mod. Piſt. *q. 1.*

An per exceptionem cedendarum actionum, confeſtim executio contra reum fieri debeat, vel an ordinario juris proceſſu op⁹ ſit. Mod. Piſtor. *q. 2.*

Condemnatus reſtituere fructus ceſſos, an liberetur cedendo actiones. Paul. Chriſtin. *dec. 140.*

Ceſſiones jurium & actionum juxta *l. per diverſas. C. mand.* an & quatenus valeant vel non. Berlich. *dec. 32. & dec. ſeq.*

Ceſſiones actionum an juramento firmari poſſint. Berlich. *dec. 34.*

Ceſſione actionum quoad illud, quod ſolutam quantitatem excedit, annullatâ, ad quemnam illud ſuperfluum pertineat. Berlich. *dec. 35.*

Ceſſio an ſemper ſit neceſſaria, ut ſol-

ſolvens in priorum Creditorum jura ſuccedat, & quid in rei poſſeſſore dicendum ſit. & quid ſtante pacto, ut ſuccedatur in locum primi Creditoris. Theſaur. 2. q. 30.

Ceſſio jurium ſuorum generaliter facta, quid operetur. Cravett. conſil. 711.

Ceſſio jurium an & quando ad bona mobilia extendatur, Cravett. conſil. 227.

Ceſſio jurium quando cenſeatur ſimulata. Vivius deciſ. 158. Chriſtin. 2. dec. 110.

Et quando ceſſionarius poſſit jure uti cedentis. Viv. dec. 158.

Ceſſio hæreditatis uni ex hæredib. facta, an etiam profit aliis. Berlich. dec. 17.

Quod primus creditor ſecundo creditori ſolventi, jura cedere teneatur, Viv. dec. 475.

De exceptione cedendarum actionum. Schultes obſ. 10.

Periculũ nominis ceſſi, quando ſpectet ad cedentem vel ceſſionarium. Maſtrill. dec. 179.

Cedens debitum pro vero tantum, ad quid teneri videatur. Maſtrill. deciſ. 240.

Ceſſio ſimulata an valeat. Chriſtin. 2. dec. 110.

Quando ex ſimplici traditione Inſtrumenti, ceſſio inducatur, Chriſtin. 2. dec. 110.

Ceſſione in potentiorem facta, quid perdatur. Chriſtin. 2. dec. 110.

Ceſſionem non plus Juris transferre, quam cedens habet. Cravett. conſ. 582.

Creditorem poſteriorem, qui priori ſolvit, jura omnia, tàm perſonalia, quàm realia abſque ceſſione conſequi: ceſſione autem opus eſſe, quoties creditori tertius, qui creditor non eſt, ſolvit. Cravett. conſ. 582.

37. Ceſſio bonorum.

Vid. Berlich. 2. concl. 28. Heig. 1. q. 35. Paul. Chriſtin. dec. Belg. vol. 4. deciſ. 123.

De ceſſione bonorum & executione, M. Weſenb. conſ. 50.

Ceſſio bonorum an fieri poſſit, quando debitor doloſè verſatus eſt contra Creditorem, faciendo actum falſum, & de ejus præſumptionibus v. Maſtrill. dec. 310.

Ceſſio bonorum an fieri poſſit in odium & præjudicium Fiſci, Paul. Chriſtin. vol. 1. dec. 228.

Et agenti virtute ceſſionis ſeu trãſportus, objici poſſit exceptio compẽſationis. Paul. Chriſtin. 4. dec. 228.

Ceſſio bonorum an admittatur in delictis, & ſumma parti debita per ſententiam ex cauſa delicti, Teſſaur. dec. Pedem. 181.

Vtrum debitor poſſit huic beneficio renunciare? Cævall. q. 701.

Caſ-

Digitized by Google

Ceſſioni bonorum an ſit locus, ſtāte renunciatione etiam cum Juramēto facta, Teſſaur. *dec. 36.*

Miles quomodo à ceſſione bonorum excludatur, Teſſaur. *d. deciſ. 36. n. 5.*

Deliberatio nominis debitoris ſubhaſta facta, an vicem ceſſionis obtineat. Cravett. *conſ. 655.*

Creditor quod remedium habeat, facta ceſsione bonorum per debitorem. Cravett. *conſil. 813.*

38. *Chyrographum:* *v.* infr. privata ſcriptura.

De Chyrographo amiſſo: eodem vendicando, & renovatione, vid. And. Gail, *lib. 2. obſ. 37.*

39. *Chyromantia:* *v.* ſupra arioli &c.

Vide Dn. D. Boc. *tract. de tortur. cap 3. n. 79. f. 214. & ſeqq.*

An faciat indicium ad torturam, Dn. Boc. *d. loc.*

40. *Citatio: vid.* infra verb. in jus vocatio.

De citatione, vid. Andr. Gail, *lib. 1. obſervat. 48.* Gilhauſ. *in arb. iudiciaria Civili, cap. 4. Ram. 1. de citatione. f. m. 129. & ſeqq.* Camill. Borell. *in ſumma dec. univerſ. Iur. tom. 1. tit. 44.* Berlich. *part. 1. concl. practic. concl. 7.* Paul. Chriſtin. *deciſ Belgicar. vol. 2. dec. 69.* Goldſtein. *in pract. cap. 1.* Jacob. Ayrer. *in proceſſ. hiſtor. Iuris. part. 1. cap. 3. obſ. 1.*

An in ſingulis actibus judiciariis ſit neceſſaria partis citatio, Cævall. *q. 22.* Gail. *1. obſervat. 77. num. 9.* Mynſing. *cent. 2. obſervat. 91. & 6. obſerv. 6.* Gilhauſ. *tit. de citat. num. 49.*

In executione ſententiæ criminalis, an ſit neceſſaria citatio partium. H. Piſt. *obſ. 178.*

Citatio delinquentis qualiter ſit facienda. Theſaur. *lib. 2. quæſt. forenſ. 38.*

Quando quis abſolutionem petit à Juramento ad effectum agendi, an citatio partis ſit neceſſaria. Mynſinger *cent. 6. obſ. 84.*

Vtrum citatio per Principem tolli poſsit, Cævall. *commun. contra commun. q. 175.*

Princeps an de plenitudine poteſtatis parte non citatâ in cauſa procedere poſsit, Cravetta *conſ. 5.*

Citatio an ſicut in judicialibus, ita & in extrajudicialibus requiratur, Cravett. *conſil. 629.*

Qua viâ, modo atque ratione pars citationem adverſarii petere debeat, Speckhan. *cent. 2. claſſ. 4. q. 9.*

For-

Forma pro petenda citatione, Ayrer. *in proceſſ. part. 1. cap. 3. m. f. 50.*

An Judex citationem ex officio, ſive motu proprio, etiam irrequiſitus, an verò non niſi ad petitionem, implorationem & inſtantiam partis alterius tantum decernere, mandare & emittere poſſit ac debeat? Eberh. Speckhan. *cent. 2. claſſ 4. q. 8.* Ludov. Gilhauſ. *ſupra dict. loc. n. 17. f. 131.*

Quando citatio periculo partis decernenda Gail. *1. obſ. 53. n. 23.*

Quę ſint requiſita citationis, Gail. *1. obſerv. 48. num. 5. & c.* Gilhauſ. *d. loc. de Citat. num. 10. & ſeqq. f. 130.* Ayrer. *part. 1. cap. 3 obſ. 2.* Mynſ. *cent. 2. obſ. 77. & cent. 6. obſ. 10.*

Error nominis an vitiet Citationem, Gail. *1. obſ. 49.*

Citandi nomen cur exprimendũ, Gail. *d obſ. n. 4.* Mynſ. *5. obſ. 50.*

Citatio an nomen vel cognomen citantis continere debeat, Gail. *1. obſerv. 50.*

Cauſa an & cur in citatione exprimenda Gail. *lib. 1. obſerv. 51. numer. 2.* Mynſ. *5 obſ. 8.*

Citatus ad certam cauſam, an in alia reſpondere teneatur, Gail. *d. obſervat. n. 7.* Gilhauſ. *in arb. Iud. Civili. tit. de Citation. n. 19. m. f. 132.*

Num Iudex totum libelli à parte ſibi exhibiti tenorem citationi inſerere, vel copiam ejus, una cum citatione parti citatæ tranſmittere debeat, an verò cauſam citationis, citatorio generaliter inſerere ſufficiat, Speckhan. *cent. 2. claſſ. 4. q. 9.* Gail. *lib. 1. obſerv. 51. num. 2.* Ayrer. *in proceſſ. part. 1, cap. 3. obſ 2. n. 31.*

Citatio generalis quando admittatur, Gail. *d. obſerv 51. n. 6.* Mynſ. *4. obſerv. 33.*

Citatio an & quando ad totam cauſam facienda, Gail. *1. obſerv. 51. numer. 12.*

Citatio an locum judicii continere debeat Gail. *1. obſ. 52.*

Reus citatur, & dantur ei induciæ deliberatoriæ Côppen. *2. obſervat. 99.*

Dies & terminus in citatione an & quatenus exprimendus. Gail. *1. obſ. 53.* Cævall. *q. 809. & q. 309.*

Citationis terminus quando currere incipiat. Gail. *d. obſerv. 53. numer. 3.*

Dies termini an in terminum computatur vel non. Mynſing. *5. obſervat. 15.*

Citatio quod habeatur pro non facta, continens breve tempus, Vivius. *dec. 361.*

An hora comparendi in citatione ſit exprimenda, Gail. *1. obſerv. 53. n. 4.* Cævall. *in commun. contra commun. q. 309. & q 809.*

Citationes quando validæ ſint vel non. Chriſtin. *vol. 2. dec. 89.*

Citatio facta domi in præſentia teſtium, an & quando valeat, Viv. *deciſ. 274.*

De Ci-

De Citatione ad domum: v. Goldſtein. *in pract. cap. 6.*

De Citatione peremptoria Goldſtein. *cap. 3.*

Citatio in cauſa appellationis quomodo fieri debeat, Gail. *1. obſerv. 49. n. 11.*

Citatio peremptoria quæ ſit, Gail. *1. obſ. 53 n. 2.*

Peremptoria citatio an requirat trinam citationem, Gail. *d. obſerv. 53. n. 22.*

Vtrum in caſu *l. 15. verſ. Divus. de Iure Fiſci.* ſufficiat una citatio peremptoria pro tribus? Cævall. *in commun. contra commun. q. 810.*

Citatio unica an ſufficiat in judicio L. diffamari. Mynſ. *3. obſ. 86.*

An is, qui citationis Edicto peremptorio in jus vocatus, ſui præſentiam facere contemnit, contumax eſſe cenſeatur, Thoming. *vol. 1. conſ. 44.*

Quarta Citatio an poſſit addi ad convincendam abſentis vel contumacis malitiam, Mynſing. *6. obſervat. 9.*

De Citatione perſonali, Goldſtein. *in proc. c. 4.*

Vtrum Citatio perſonalis requiratur, quando pervenitur ad ſecundum Decretum. Cævall. *q. 308.*

Reg. quâ dicitur, neminem ex ſua domo extrahendum, quomodo & quatenus procedat. Mynſinger. *4. obſerv. 69.*

Realis citatio à quo fieri debeat, Gail. *1. obſ. 48. n. 13.*

Citatio realis quando locum habeat & contra quos, Gail. *lib. 1. obſ 48. n. 14.*

Delegatus an citare poſſit? Ayrer. *in proceſſ. hiſt. Iuris, part. 1. cap. 3. obſ. 2. n. 15.*

Vtrum Delegatus citato tenorem commiſſionis in originali mittere teneatur, Gilhauſ. *in arb. Iudic. tit. de citat. num. 14. f° 130.* Mynſing. *cent. 3. obſ. 1.*

Qui debeant & poſſint citari vel non? Goldſtein. *in pract. cap. 2.*

Pupillus non citandus, ſed tutor vel conjuncti. Mynſinger. *cent. 2. obſerv. 35.*

Procurator, qui litem conteſtatus eſt, citari debet, non dominus, Mynſing. *cent. 1. obſ. 39.*

Præſens an citari debeat, latè Cævallos *in commun. contra commun. q. 808.* Dn. D. Beſold. *in delibat. lib. 2. quæſt. 1.* Mynſ. *6. obſ. 6. n. 1. & c.*

Communitas vel Civitas quomodo citari debeat, Gail. *lib. 1. obſerv 49. n. 6.*

Vtrum Judex poſſit citare ſubditum, exiſtentem extra territorium, Cævall. *q. 59.*

Citandi mandatum extra territorium an & quando fieri poſſit? Cravett. *conſ. 444.*

An citatus à Judice quocunque, etiam incompetente, ad evitandam pœnam contumaciæ, vel allegandum ſuum privilegium, comparere debeat, vel non. Dn. D. Beſold. *in delibat.*

Digitized by Google

andeƈt. lib. 5. q. 10. Eberh. Speckhan. *cent. 1. q. 58.* Georg. Eberh. *vol. 1. conſil. 17.* Petrus Weſenb. *conſil. 5. qu. 1.* Jacob. Theming. *vol. 1. conſil. 13.* Ludov. Gilhauſ. *in arb. Civili, tit. de Citatione n. 11. f. 130.* Mynſ. *cent. 6. obſerv. 7.*

Citatio extra territorium quomodo fieri poſſit, Gail. *lib. 1. obſ. 56.*

Judex ſuperior an poſſit citare ſubditum inferioris Judicis, eo non requiſito, maximè in Inſtantia appellationis. Mod. Piſt. *q. 53.*

Citatus à ſuperiore & inferiori Magiſtratu, ad unum eundemque terminum, quem ſequi impunè debeat? Mynſ. *cent. 6 obſ. 8.*

An Clericus comparere teneatur coram Judice Laico? Franc. Viv. *deciſ. 30.*

Citari ad informandum quis non debet, niſi cœperit conſtare de delicto. V. v. *dec. 121.*

Quatenus citatus perſonaliter cõparere teneatur, Jacob. Ayrer. *in proceſſu Iuris, part. 1. cap. 5. obſ. 2.*

Vtrum morbo laborans citatus ipſe comparere, vel Procuratorem mittere debeat: & an uxor pro incarcerato marito agere & appellare poſſit? M. Weſenb. *conſ. 112.*

An reus in cauſis Criminalibus per Procuratorem comparere poſſit? vid. *infra verb. Procurator.* adde Gilhauſen. *in Arb. Crim. cap. 3. part. 1. de Inquiſit. n. 35.*

De citatione & comparatione incarcerati, M. Weſenb. *conſ. 97.*

De executione citationis pernunciũm facta, & ejus relatione: Andr. Gail. *1. obſ. 54.*

De requiſitis ad legitimam citationis executionem. Mynſ. *cent. 6. obſerv. 10.*

Executio quomodo debeat eſſe qualificata, Mynſ. *cent. 1. obſ. 79.*

Executio citationis per alium, quàm nuncium facta, nõ valet. Mynſ. *cent. 1. obſ 77.*

Executio Citationis Notarii non immatriculati, non valet: item ſententia lata contra contumacem, ante nuncii relationem, eſt nulla, Mynſ. *cent. 1. obſ. 78.*

Executio pceſſuum per Notarium non legalem facta, non valet, etſi perſona legitimetur. Mynſinger. *2. obſerv. 18.*

Executio nuncii impedita, an citatum arctet. Gail. *1. obſ 55.*

Quod apparitores ſive nuncii teneantur Citationem exequi in perſonam vel domicilium citandi: & quo pacto impeditus citationem exequi, etiam extra territorium poſſit per Edictum eam facere, vid. Paul. Chriſtinæum. *deciſ. Belgicar. volum. 1. deciſ. 256.*

Citationis executio in Procuratorem valet, ſi Principalis non eſt præſens, Mynſ. *cent 1. obſ. 9.*

Citatio facta Vxori, abſente marito, an & quando valeat. Mynſ. *cent. 3. obſ 37.* Frid. Pruckman. *tract. de differentiis utriuſque ſexus. n. f. 35. &c.*

Cita-

Citatio ad domum executa, citato alibi ex ſua culpa abſente, valet. Mynſ. *2. obſ. 69.*

Executio citationis, quomodo cõtra Ordines Imperii &c. fieri debeat. Gail. *1. obſerv. 49. num. 8.* Mynſ. *cent. 5. obſ. 51.*

An citationis executio ipſo die feſto ad alium diem non feriatum, fieri poſſit. Gilhauſ. *d. l. de citat. n. 31.* Cævall. *q. 366.*

Citatus & comparens non poteſt excipere, citationem illegitimè eſſe executam, Mynſ. *2. obſ. 18. & 4. obſervat. 54.*

Citatio illegitima quando citatum arctet, neque ejus exceptio admittatur. Gail. *1. obſ. 58. n. 1. & ſeqq.*

Terminus citationis quando pro circumducto habeatur. Gail. *1. obſ. 59. n. 1.*

Qui ſint effectus Citationis. Goldſtein. *in pract. cap. 10.* Gilhauſ. *tit. de citat. n. 52.*

Citatio an litis pendentiam inducat, & quando lis pendere dicatur, Mynſ. *4. obſ. 26.*

De contumacia actoris, vid. *infra contumacia.* Gail. *1. obſ. 59.*

De contumacia rei. Gail. *1. obſervat. 60.*

Formulam citationis ſecundæ, vid. apud Ayrer. *in proceſſ. part. 1. cap. 4. m. ſ. 71.*

An citatus zur rechter früer tagzeit/ poſt meridiem comparens, pro contumace habeatur, Arumæus *lib. 1. deciſ. 11.*

Vtrum, ſi citatus reſpondeat in Citatione, ſe nolle venire, an ſit amplius citandus. Cævall. *in commun. contra commun. q. 812.*

Citatus à Iudice non competente, ſi nolle ſe in ejus Iuriſdictionem conſentire, non addita Clauſula, quatenus & in quantum de jure teneatur, proteſtatus, & poſt binam citationem ſilentium illi fuerit injunctum, an valeat ſententia. Iacob. Thoming. *vol. 1. conſ. 21.*

Tertius citatus quatenus ſua putaverit intereſſe, an comparendo, poſſit tanquam Clericus, opponere declinatoriam fori, Maſtrill. *dec. 239.*

Et an talis citatio, ſi ſua putaverit intereſſe, ſit vera citatio. Fr. Viv. *dec. Neap. dec. 30.*

Citatio quomodo probetur. Gilhauſ. *in arb. Iud. Civili tit. de Citatione. n. 34. ſum. 135.*

De citatione ad ſententiam, vid. Camill. Borell. *in ſumma dec. tom. 2. tit. 28.*

41. *Citatio Edictalis.*

De citatione Edictali. vid. Andr. Gail. *lib. 1. obſ. 56.* Goldſtein. *in pract. cap. 8.* Matth. Berlich. *1. concl. 8.*

Edictalis citatio quando locum habeat. Gail. *1. obſ. 59.*

Quando proclama contra actorem decerni poſſit, pro obtinenda abſolutione & citatione Mynſing. *cent. 4. obſ. 65.*

Hæres dubitans de hæreditate, curare debet, ut citentur creditores per Proclama, ad docendum de ſuis hæreditariis debitis. Mynſing. *cent. 2. obſ. 47.*

In caſu citationis Edictalis, ubi creditores citantur, vid. Georg. Everh. *vol. 1. conſ. 25.*

In quo loco citatio contra vagabundum affigenda. Gail. *d. obſ. 57. numer. 5.*

Qui effectus citationis Edictalis, Gail. *d. l. n. 12.*

An elapſo termino citationis, illi quorum intereſt, adhuc comparere, & de ſuo intereſſe docere poſſint, & quando. Gail. *d. obſ. 57.*

Citatus per Edictum an appellare poſſit, Gail. *1. obſ. 57. n. 13.*

42. Civis.

De Iure, ordinibuſque Civium. v. Dn. D. Beſold. *d. trib. dom. ſoc. ſpec. f. 34. & ſeqq. & verb. Homagium. & verb. ſubditus.*

Quis ſit Civis, Dn. D. Beſold. *d. trib. dom. ſpec. f. 34.*

Quatenus omnes, qui ſunt in orbe Romano, Romani Cives fuerint effecti, Dn. D. Beſold. *in præcognit. pandect. ad tit. 5. & 6. lib. 1. qu. 21.*

An & quæ differentia inter Civem & ſubditum, Dn. Beſold. *d. l. f. 36. ad fin.*

An quis poſſit eſſe duarũ Civitatũ Civis. Prætorius *in cent. can. pol. diſput. 1. can. 23.*

Quot modos obtinendi Civitatem IC. conſtituant. Prętor *d. l. can. 24.*

Vtrum natus in tranſitu per aliquam Civitatem, dicatur Civis & naturalis illius, Cævall. *in commun. contra commun. q. 458.*

An Ius dandæ Civitatis ſpectet ad Municipii Decuriones: Ob einer Statt ein Fürſt könne einen Burger auffſtringen? v. Dn. D. Beſold. *d. jur. Vniverſit. f. 218.*

De Homagio ſubditorum. Dn. Beſold. *d. trib. dom. ſoc. f. 36.*

De Diviſionibus Civium. Dn. Beſold. *d. l. f. 45.*

An opifices inter Cives numerandi. Dn. D. Beſold. *d. loc. f. 49. n. 7.*

An ſpurii jus Civitatis habeant, ubi Mater. Beſold. *d. l. fol. 53. numer. 11.*

Quid de peregrinis. Dn. D. Beſold. *f. 53. n. 12.*

Mulier nupta extra patriam, an deſinat ejus eſſe Civis? Merend. *6. contr. c. 30.*

Civis transferens domicilium ad aliam

aliam Civitatem, an & quando deſinat eſſe Civis. Et nunquid uti poſſit beneficio ſtatuti Civitatis originis. Joan. Vinc. Hond. *vol. 1. conſ. 5.*

Qui extra originis ſive ortus patriam, ſedem & domicilium rerum & fortunarum ſuarum collocat, & in Senatorium ordinem cooptatur, non propterea jure Civitatis excidit, ſed æquali jure cum reliquis Patriæ Civibus cenſendus eſt in omnibus, quæ inter ipſos ſunt communia. Jacob. Thoming. *vol. 1. conſil. 41.*

Statutum de Civibus, an ad Comitativos ſeu diſtrictuales extendatur Cravetta *conſ. 673.*

Cives & ſubditi, vel ipſorũ Communio, an & quatenus ex contractib. Cõſulum, Prætorum &c. teneantur, Joan. Cõpen, *dec. 60.*

43. *Civitates Municipales, Imperiales.*

De Civitatibus v. Dn. D. Beſold. *in tract. de jure Vniverſitat. cap. ult.*

Vocabulum Civitatis quot modis ſumatur. Prætorius *in cent. can. polit. diſp. 1 can 20.*

Quæ differentia inter Vrbem & Civitatem & Remp. v. Dn. D. Beſold. *tr. princip. & fin. pol. f. 39. ſub n. 2.* Prætorium. *d. l. can. 21. & ſeq.*

An in Germania ſint Civitates, inter Civitates verè Imperiales, vereq; municipales, intermedium ſeu mixtum ſtatum obtinentes: hoc eſt, quæ quidem Principem, in cujus territorio ſitæ, pro ſuperiori agnoſcant; ſed tamen Iuriſdictionem, aliaq; publica jura, proprio jure habeant, Imperii nimirum vel Imperatoris conceſſione. vid. Dn. D. Beſold. *d. jur. Vniverſ. f. 258. n. 5.*

Civitatem per ſe non habere merum & mixtum Imperium, ſed opus eſſe conceſſione, & undè colligatur talis conceſſio. G. Everhard. *conſil. 12. v. 1.*

In cauſa Municipalium Civitatũ, & præſertim privilegiatarum: Ob ſelbige Jhre Räth vnd Richter ſelbſt auß Jhnen vnd jhrem Mittel wöhlen/ auch einen zum Amptman ernennen können? Et. Ob ſie in Peinlichen Sachen ohne deß Landsherrn wiſſen vnd willen vrtheilen oder begnaden mögen. Dn. D. Beſold. *in conſultat. varior. 166. conſil. 4.*

Civitates quæ habent merum Imperium, an hoc exercere poſſint contra aulicos, alioſve qui de familia Principis exiſtunt? vid. Dn. D. Beſold. *d. jur. Vniverſ. f. 262. n. 9.*

Quid? an etiam in Principis Vaſallos in ea Civitate delinquentes, tale imperium exercere poſſint? Dn. Beſold. *d. l. f. 263. n. 11.*

Civitas an & quatenus ex mutuo, aliove contractu, & delicto teneatur. Gædd. *ad l. 17. n. 20. & 22.* Hartman. Piſt. *lib. 1. q. 57.*

An puniri poſſit. Gædd. *d. leg. numer. 21.*

De jure & Imperio Imperialium Civitatum. v. omninò. Dn. Beſold. *in diſcurſ. ſing. apud tract. d. Monarch. f. 118. & multis ſeqq*

Quid inter Civitates Imperii liberas, & Civitates ſimpliciter Imperiales interſit, vnder den Reichsſtätten vnd freyen Reichsſtätten? vid. Dn. D. Beſold. *d. l. f. 122. n. 4.*

An Legati Civitatum Imperialium ſeſſionem & votum in Comitiis habeant, an verò id, quod ab Electorib. & cæteris Ordinibus concluſum eſt, approbare neceſſum habeant. Otto *de jur publ. cap. 13. m. f. 338. & ſeqq.*

Civitates Imperiales an habeant jus mutandi Religionem. Dn D. Beſold. *d. Monarchia f. 58. v. infra verb. Religio &c.*

Sed hoc an invitis quibuſdam Civibus vel Senatoribus facere queant? vid. eundem Dn. D. Beſold. *d. l. fol. 60. n. 4.*

44. Civitates Hanſeaticæ.

De vocabulo Hanſe / vid. Dn. D. Beſold. *tr. de Civit. Imp. f. 133. & ſeq.*

Civitates Hanſeaticæ an rectè fœdera contrahere poſſint? vid. *infra verb. Fœdus.* & Prætorium *in centuria canon. Polit. diſp. ult. in Coroll.*

45. Clandeſtini actus.

Liberationes clandeſtinâ repromiſſione factas, non valere & reiici, iiſque non obſtantibus, promiſſa peti poſſe. Paul. Chriſtinæ. *1. dec. 364.*

In fraudem fieri dicitur, quoties quid clàm repromittitur, contra id, quod palam convenit. Chriſtin. *2. deciſ. 118.*

46. Clarigatio.

De Androlypſia & Clarigatione, vid. Petr. Heigium *in quæſt. pract. lib. 1. quæſt. 12.*

47. Clavium traditio.

Reg. quod Clavium traditione, dominium & poſſeſſio transferatur, quomodo & quando procedat, vid. Petr. Weſenb. *1. conſ. 3. n. 13.* Iohann. Schneidevv. *ad tit. 15. Inſtit. §. poſſidere. n. 114. m. f. 1796.*

An idem de annuli, baculi, Inſtrumenti &c. traditione dicendũ. Dyn. *ad reg. beneficium. 1. nu. 20. & in not. de R. I.*

48. Clau-

48. *Clauſula vid.* infra Lit. V. verbum : *&* verb. Libellus.

De effectu Clauſulæ, *ſummarie, ac ſola veritate inſpectâ.* Honded. *1. conſil.94.*

De Clauſula : *nunc prout ex tunc.* Hond. *1. conſ. 18.*

Clauſula in fine poſita, quando referatur ad præcedentia. Hond. *2. conſil. 64.* Cravett. *conſ.790.*

De effectu Clauſulæ : *petens ſibi jus & juſtitiam adminiſtrari.* Hond. *2. conſ.69* Gravett *conſ. 473.*

De effectu Clauſulæ : *ſine præjudicio jurium aliorum.* Honded. *2. conſil.86.*

De Clauſula, *Non obſtantib.* Cravett. *conſil. 572.* & *conſil.610.*

De Clauſula *ſupplentes omnes defectus.* Cravett. *conſi. 572.*

Item de Clauſula *pro expreſſis habentes.* Cravett. *dict. conſ.572.*

Clauſula : *& habentium cauſam ab eis*, quid importet, Cravetta *conſil 590.*

Quid illa Clauſula: *Et quibus dederit.* Cravetta *dict. conſil. 590. & conſil. 774.*

De Cl. *ſi ita eſſe confiteris.* Cravett. *conſ. 592.*

Clauſula appoſita in ſententiis per Iudices, reducendo ipſas ad formam ſtatuti, nihil operatur. Vivius. *deciſ. 124.*

Clauſula generalis quando referatur ad ſpecificata Viv. *d. deciſ. 124.* vid. *verb. generalitas.*

Clauſulæ inſolitæ in Inſtrumento, faciunt cenſeri contractum ſimulatum Viv. *dec. 182.*

Vulgaris illa cautela, qua utuntur Advocati in productione ſcripturarum, proteſtando ſe velle iis uti in parte, & in partibus tantum pro ſe facientibus, & non aliter nec alio modo, an & quatenus relevet producentem. Schæffer. *3.q.15.*

Clauſula, getreülich vnnd ohne gefehrde / quid operetur. Schæffer. *3. q. 42.*

De vi Clauſulæ : *vendo ſolum cum juribus omnib. quæcunque res vendita ſupra ſe habet.* Gravett. *conſ. 377.*

Clauſula, *motu proprio.* Cravett. *conſil. 610.*

Clauſula, *ex certa ſcientia.* Cravett. *conſ. 610.*

Clauſula, *de nominibus debitorum reſtituendis*, an ad reditum annuum referri & porrigi debeat. Cravett. *conſil. 782.*

De Clauſula *omni meliori modo.* Cravett. *conſ.856.*

Clauſulâ illâ, *cum omnimoda Iuriſdictione*, primogenituræ inſerta, an reditus & prædia, de quibus in caſu, comprehendantur. Crav. *conſ. 895.*

Clauſulę ſive proteſtationis hujus, daß ich durch diß mein erſcheinen in ewern Gerichtszwang Herr Richter / nicht weiter dann ich zu rechtſchuldig / will

will gehält oder gewilliget haben) à reo exceptioni ſuæ ad declinandum Iudicem, ut incompetentem inſeri & apponi ſolitæ, quis ſit effectus, & utilitas. Speckhan. *cent. 2. cl. 4. q. 1.*

Clauſula Codicillaris: vid. verb. Codicillus.

49. *Clauſula derogatoria in Teſtamento.*

Vid. apud Pantſchman. tres ſpecies, *lib. 2. q. 11. & qq. ſeqq. & infra verb. teſtamentum.*

Quid requiratur ad Clauſulam derogatoriam tollendam, à lege pſumptam. Pantſchman. *2. q. 17.*

50. *Clericus, ingrediens monaſterium, Monachus, Sacerdotes.*

De Clericis & ſacerdotibus. vid. Camill. Borell. *tom. 1. dec. tit. 7.* Paul. Chriſtin. *vol. 2. dec. 17.* ſupr. *verb. beneficia Eccleſiaſtica.* & infra verb. *Monachi Monaſterium &c.* & *verb. Iudex Eccleſiaſticus.*

De Clericis conjugatis. Cam. Borell. *tom. 1. tit. 8.*

Vtrum uſusfructus finiatur per ingreſſum religionis facta profeſſione, vel expectetur mors naturalis. Cævall. *q. 64.*

An uſufructuarius ingrediens monaſterium fratrum mendicantium, perdat uſumfructum ante mortem naturalem. Cævall. *q. 65.*

Vtrum valeat profeſſio facta ſub conditione, quæ eſt contra ſubſtantiam religionis. Cævall. *q. 85.*

Vtrum Clericus in vita æquiparetur uſufructuario? Cævall. *q. 198.*

Vtrum legatum relictum ſic mulieri, ut ſi ingrediatur religionē, dentur 50. & ſi nupſerit 100. conſequatur omnia, profitendo religionem. Cævall. *q. 241.*

Vtrum Clericus contrahens matrimonium nullum, perdat beneficia ſua. Cævall. *qu. 147.* Nic. Everh. Sen. *conſ. 111.*

Culpa à quo, & qua ratione probetur Cöppen. *dec. 38.*

Vtrum quis corporaliter ob culpam puniri poſſit? Cævall. *q. 580.*

Debet probari culpa, ad hoc, ut delictum poſſit puniri tanquam culpa cōmiſſum: & in delictis lata culpa non æquiparatur dolo Vivius *dec. 279.*

123. *Cumulatio actionum.*

De cumulationibus actionum, vid. Paul. Chriſtinæ. *deciſ. Belgicar. vol. 2. deciſ. 154.*

Quæ actiones uno eodemque libello cumulari vel conjungi poſſint, & quæ non? Eberh. Speckhan. *cent. 1. q. 66.* Dyn. *in reg. nullus pluribus, n. 9. & c. de Re Iur. in 6.*

An ſors cum uſuris in eodem libello peti poſſit. v. Mynſing. *1. obſ. 57.*

De cumulatione actionis perſonalis & hypothecariæ. vid. Nic. Reuſner. *vol. 2. conſ. 1.*

Cumulatio actionis perſonalis & hypothecariæ an valeat. Mynſ. *1. obſervat. 58.*

Cumulatio nullitatis & reſtitutionis in integrum an admittatur. Mynſ. *2 obſ. 25.*

Cauſa teſtati & inteſtati non cumulatur. Mynſ. *3. obſ. 25.*

De nullitatis & iniquitatis cumulatione. v. Mynſ. *4. obſ. 63.*

De cumulatione poſſeſſorij & petitorij, vid. Matth. Weſenbec. *conſil. 169.* Paul. Chriſtinæ. *2. deciſ. 154.* Cravett. *conſil. 949. & infra verba poſſeſſorium &c.*

Actio injur. civilis an poſſit cum criminali vel actione L. Aquil. cumulari. Conſil. Altorff. 38. Mynſinger. *cent. 1. obſ. 25.*

An & quando actio civilis cum criminali poſſit conjungi, Metzger *conſ. crim. 15. n. 18.* &c. Milleus *in pract. crim. f. 21. n. 8. & ſeqq.* Cravetta *conſ. 14.*

Pendente cauſa criminali, an poſſit tractari civilis principaliter, vel incidenter cum criminali. Honded. *2. conſ. 99.* Paul. Chriſtin. *vol. 2. dec. 154.*

Curator, curatela: vid. infra verb. tutela, tutor.

124. Curator bonorum.

De Curatore bonorum, v. Georg. Everhard. *1. conſil. 25.* Gail. *2. obſ. 130.*

Curator bonis abſentis ubi datur, an conjunctorum aut amicorum citatio neceſſaria ſit. Cravetta *conſil. 651.*

Curator hæreditati jacenti, ut recte detur, quæ requirantur. Cravetta *conſ. 740.*

Hæredibus contendentib. de proximitate an Curatores defuncti teneantur reddere rationem. H. Piſtor. *obſ. 193.*

125. Curator, Uxoris, Mulieris. Curator ad litem &c.

vid. infra verb. Tutor. *ſupra* contractus Mulierum &c.

An & quatenus Mulier cum vel ſine conſenſu & authoritate Curatorum efficaciter, contrahendo obligari poſſit. Berlich. *2. concl. 17.*

Qui, & à quibus Curatores Mulieribus dari poſſint. Berlich. *2. concl. 18.*

De eorum officio & authoritate. Berlich. *d. concl 18.*

An ille contractus, vel tranſactio, quem ſolus curator Mulieris abſque præſentia & conſenſu Mulieris celebrat, valeat, ſi poſtea Mulier illum ratificet, & precium ex eo accipiat. Berlich. *deciſ. 148.*

De Curatore ad litem. Gail. *2. obſerv. 108.*

Curatorem ad litem abſenti ritè citato, rectè dari etiamſi non petatur. Cravetta *conſ 359.*

Minor habens Procuratorem generalem, an poſſit cogi ad eligendum curatorem ad litem. Maſtrill. *dec. 54.*

Curator ad lites, an poſſit invitus dari. Maſtrill. *deciſ. 174.*

126. Cuſtos, Cuſtodia:

vid. ſupra verb. carcer.

Cuſtos carceris qui propter miſericordiam allevat debitorem captivum, ad quid creditoribus teneatur. Schneidvv. *d. L. Aquil. §. fin. 6.*

Cuſtos carceris, reo aufugiente, quomodo & quando puniatur Gilhauſ. *A. crim. cap. 3. part. 1. de Inquiſitione. ſ. 261. n. 33.* Metzger. *de capt. reor. concl. 60. &c. ſupr. v. carcer.*

Num cuſtodes tempore peſtis, portis adpoſiti & deſtinati, poſſint ab ingreſſu loci, arcere quoſcunq; Speckhan. *cent. 1. q. 11.*

Digitized by Google

D.

1. *Damnum: damni æſtimatio.*

Damnum quotuplex: & quomodo pro quolibet damno agatur. Schneidevvin *ad princ. Inſt. de L. Aquil. num. 5.*

De damni dati materia. vid. Franciſc. Vivium. *dec. 520.*

De damno culpa dato, vid. Ludovic. Gilhauſ. *in arbore Iudic. crimin. cap. 2. tit. 33.*

Quando quis teneatur de damno à tertio facto. Nic. Everhard. Sen. *conſil. 4.*

Damnum in re aliena datum, quis reſarcire teneatur? Cöpp. *dec. 38.*

Damnum datum ab hoſtib. an debeat emendari de publico, Maſtrill. *dec. 164.*

Damnum quod culpa leviſſima datum, an ſit reſarciendum. Cravett. *conſ. 97.*

Damnum ab Actore æſtimatum, an & quatenus reus, ſecundum Iuris Saxonici diſpoſitionem, præſtare, vel Iuramento proprio diminuere cogatur. H. Piſtor. *1. q. 16.*

Damni emergentis ratio quando habeatur. Gail. *2. obſerv. 6. & infra verb. intereſſe.*

De actionibus quæ dantur ex damno dato. Schneidevv. *de loc. § fin.*

2. *Datio in ſolutum:* *vid.* verb. ſolutio.

Datio in ſolutum an habeat locum vel effectum invito creditore. Ioan. Petr. Surdus *deciſ. 113.*

Statutum loquens de contractu venditionis, an habeat locum in datione inſolutum. Quetta *conſ. 51.*

Datione in ſolutum facta de certis prædiis creditori, ſi intra tale tempus debitor non ſolvat, an poſt tempus lapſum creditor poſſit pecuniam petere, & prædia reſpuere. Teſſaurus *deciſ. Pedem. 147.*

3. *Debitor: debitum: vid.* ſupra verb. creditor: & infra verb. ſolutio.

Nomina debitorum an cenſeantur mobilia, vel immobilia. v. *ſupra verb. bona mobil. immob.* Gail. *2. obſ. 11.*

Debitum liquidum quod dicatur. Gail *2 obſ. 17. n. 11.*

Creditorum & fidejuſſorum debita qualiter & quomodo dicantur ſufficienter liquida. Cöppen. *enucl. qq. 1. dec. 2.*

An confeſſio mariti probet debi-

Digitized by Google

tum debitum uxoris: vid. *ſupra confeſſio.* & Treutler. *conſil.3.& 17.*

Opponens compenſationem vel ſolutionem, an debitum fateri videatur. Merenda *lib.5.controverſ.c.46.*

An debitor offerens liquidum, audiatur, ita ut moram, intereſſe & pericula damni evitet. Cöpp. *dec.34.*

An obligatio, in qua debiti cauſa expreſſa non fuit (indiſcretam noſtri vocant) judicialiter tamen confeſſata; valida ſit & executioni demandanda. Schæffer. *1.q.5.*

Debitor fugitivus an & quando capiendus. Cöpp. *deciſ. 29.* vid. *ſupra verb. captura.* & *v. fuga.*

De debitore carceri mancipato. Nic. Everh. Jun. *1.conſ.7.*

Pactum an & quando valeat, ut in caſu moræ debitor ad inſtantiam creditoris à familia Iudicis capiatur, & in carcere detineatur tamdiu, donec ſatisfiat creditori. Gilhauſ. *in Arb. Iud. Civili cap 10. de proceſſ. executiv. §.7. num. 7. & ſeqq.*

Debitor an poſſit ſe obligare ad operas, ſi non ſolvit intra certum temporis ſpacium. Gilhauſ. *d. cap. 10. §.10. num.5. & ſeqq.*

An valeat conventio debitoris, in inſtrumento obligationis promittẽtis, ſi conſtituto tempore non ſolverit debitum, quod ſuper damnis velit ſtare juramento, vel & ſimplici aſſertioni creditoris: vid. *infra v. obligatio. pactum.* adde Schneidevvin. *ad tit. Inſt. de ſucceſſ. libert. n.10.*

Debitor ſi alleget ſe eſſe ſolvendo, creditor verò neget, cui onus probandi incumbat. Gilhauſ. *d. §.7. n.14. ſ. m.645. & ſeq.*

Debitor an ex conventione partium in caſu moræ perſonaliter arreſtari poſſit. Gilhauſ. *d. cap.10. §.8.*

De debitore latitante. Gail. *2. obſerv.130.*

4. *Debita feudalia: vid.* infra hæres vel ſucceſſor feudalis.

De debiti ex feudo ſolutione. vid. Matth. Weſenb. *conſ.212.*

Vtrum vaſalli demortui hæredes allodiales conveniri queant ob debita, quorum nomine feudalia bona legitime creditoribus oppignorata ſunt: an verò creditores hujuſmodi debita à ſucceſſore feudi exigere teneantur? Andr. Rauchbar. *lib 1. quæſtion.44.*

De bonis feudalibus, quæ pro allodialibus creditores defuncti repetunt a ſucceſſore feudali, & an idem pro allodiali hærede habens Ius ſit & conveniri poſſit? Matth. Weſenb. *conſ.4.*

5. *Deceptio:*

Contrahentibus an liceat naturaliter ad invicem ſe decipere. Merenda *lib.5. controv. cap.43.* vid. *ſupra verb. contractus.*

6. De-

6. *Decima.*

De decimis vid. Camill. Borell. *in ſumma deciſ. tom.1.tit. 19.* Bulenger. *de tribut. & vectigalib m. fol.23. & 24.*

In cauſis & materia decimarum vid. Bapt. Cæſ. *coſ. illuſ. r.46. & conſ.49. conſ.50.p.1. & conſ.52. & 53* Nic. Everh. *Iun. 1. conſ. 46. & 2. conſ. 36.* Martin. Vran. *tom.2. conſ. 84. & tom.3. conſ.1. & ſeqq.12. & 13.* Dn. Beſold. *conſ.3. decad.3.* Nic. Everhard. Sen. *conſ. 183.*

In cauſa venditionis decimarum v. Cæſar. *conſ. illuſtr.54.p.1.*

De decima vinearum. vid. Matth. Weſenb. *conſ.205.*

De ſolutione decimarum Bapt. Cæſ. *conſ. illuſtr.14.p.3.* Chriſtinæus. *vol. 2. dec.106.*

Qui decimarum ſolutioni obnoxij ſint? vid. Paul. Chriſtinæ. *deciſ. Belgic. vol.2. deciſ.26.*

Vtrum decimæ ſint de jure divino & naturali debitæ Cævall. *q.437*

Vtrum præceptum de decimis ſolvendis, ſit morale vel judiciale. Cævall. *quæſt.316.*

Decimæ quibus debitę à principio, quibuſque ſolvendæ. Paul. Chriſtinæ. *vol.1. dec.235.*

Vectigalia & decimas ex omnibus frumentis & rebus ſubditi Regibus præſtare tenentur. vid. Dn. Schickhardi. *in tract. de jure Regio Samuelis. m. f.103. & c.*

Decimæ prædiales debentur integræ de fructibus collectis nulla, facta deductione expenſarum: & ſolvi debent ante tributum. *Viv.1. dec.4.*

Decimæ debentur tam de fructib. prædiorũ Eccleſiæ, quã de fructibus recollectis extra territorium. Viv. *1. deciſ.4.*

Quibus ex rebus decima debeatur vid. Baptiſt. Cæſar. *in conſil. illuſtr. 45. part.1.*

Vtrum in petitione decimarum competat Sacerdotibus actio confeſſoria, vel rei vendicatio Cævall. *quæſtion.418.*

Luminariam non teneri ad ſolvendam decimam Papalem; v. Bapt. Cæſ. *in conſ. illuſtr. 47.p.1.*

Decimarum ſolutio pro beneficio, ad quem ſpectet. Bapt. Cæſ. *conſil. illuſtr. 48.p.1.*

Vtrum decima perſonalis per conſuetudinem tolli poſſit. Cævall. *quæſtion.364.*

In decimis cujus ſit cognitio. Matt. Weſenb. *conſ.36.*

Decimarum cognito, an & quando ad Laicum ſpectet. And. Gail. *lib 1. obſ. 38. n.4.* vide Guettam *conſ.99.*

Decimarius poteſt prohibere, ne fructus à ſolo exportentur, donec ſit facta deſcriptio, & per quantum tempus. Theſaurus. *1. quæſt.9.* Vivius *1. dec.4.*

An & quando ac quatenus præſcribi poſſit libertas decimarum præſtandarum. vid. Bapt. Cæſar. *in conſil. illuſtr.43.p.1. & conſil. 51.p.1.* Vivium *1.*

dec. 4. Martin. Vran. *tom. 3. conſil. 1. & conſ. 4. & conſ. 14.* Quettam *conſil. 96. & 98.* Dn. Beſold. *in conſult. varior. I.C. conſil. 19. & ſeq.* Nic. Everhard. Senior. *conſil. 183.* Wehner. *conſil. Franc. 77.*

Ruſtici, qui prius de prædiis & poſſeſſionibus quibuſdam ultra memoriam hominis decimas de ſingulis terræ, arborũ &c. fructib. perſolverunt: poſtea verò cum quodam Nobili pacti ſunt, ut loco decimarum pecuniam acciperet, cum quo etiam ejuſdem Nobilis ſucceſſores ultra 50. annos contenti fuerunt, an cogi poſſint ut iterum ſolvant decimas. Pingitzer. *q 17.*

Laicus an poſſit acquirere jus decimæ, vel ſibi retinendæ, vel ab altero exigendæ, præſcriptione temporis. Quetta *conſ. 96. & 98.* Cravetta *conſil. 479. & 496.*

An & quatenus per præſcriptionem decimæ vel extingui vel minui queant. Dn. Beſold. *in conſult. varior. Iureconſ. conſ. 19. & ſeq.*

Decimas inſolitas non exigendas, uſumque in materia decimarum varium, & proinde conſuetudinem in iis ſequendam eſſe, Paul. Chriſtinæus *vol. 1. dec. 236.*

De decimis ex prædijs in Parochiali Eccleſia ſitis, Rectori illius Eccleſiæ ſolvendis, & quidem integrè, nõ quoad quotam, ubi etiam agitur de conſuetudine & non uſu quoad decimas. Vran. *tom. 3. de decimis conſ. 1.*

Quomodo probetur aliquem fuiſſe in poſſeſſione percipiendi decimas, per tantum tempus, cujus initij memoria non extat. Vran. *tom. 3. conſil. 21. de decim.*

De probatione prædiorum intra limites Parochialis Eccleſiæ ſitorum, & de decimis inde ſolvendis. Vran. *3. conſ. 3. de decim.*

Decimæ an vendi & emi poſſint: & quo remedio decimæ de facto venditæ vel emptæ ſuſtineri queant. Vran. *tom. 3. conſil. 4. & conſ. 5. de decim.*

An decimę ſint res ſpirituales, ſicut & jus Patronatus Vran. *3. conſil. 4. de decim.*

A Poſſeſſione nõ arguitur ad proprietatem; nec ex poſſeſſione certarum decimarum ritè infertur ad poſſeſſionem omnium Vran. *tom. 3. conſ. 6. de decim.*

An Vicarius perpetuus ſicut Rector Eccleſiæ parochialis, habeat fundatam intentionem, quoad omnes decimas prædiales in parochia Eccleſiæ ſuæ provenientes Vran. *tom 3. conſ. 6. de decim.*

Decimas prædiales pertinere ad illam parochialem Eccleſiam, in cujus parochia decimalia prædia ſita ſunt: vel ad Eccleſiam ſeu Monaſterium, cui incorporatio vel donatio illius parochiæ facta eſt: ubi etiam agitur de modo probandi, prædia eſſe ſita intra Parochiam ad cujus Eccleſiæ: Item de conſuetudine quorundam locorum, ubi jus parochiale æſtimatur ex jure paſcendi & finium regundorũ, vulgò

vndergang. Vran. *tom. 3. conſil. 7. de decim.*

De decimis hortorum in aliqua Parochia ſitorum, & Plebano Actori, nomine congruæ portionis aſſignatorum, probandis conjunctim, aut ijs per ſententiam abſolutoriam carendis. Agitur etiam de limitibus ſpiritualibus parochiarum & Diœceſium: & ſecularibus paſcuorum, diſtrictuũ ſeu Juriſdictionum, quomodo probentur. Vran. *tom. 3. conſ. 1. de decim.*

De decimis perſonalibus, prædialib. & mixtis, quod ſpectent ad illam Eccleſiam, in cujus Parochia ſita ſunt prædia, & in qua degunt dantes, audiunt Divina, percipiunt Sacramenta, & cui conſuetæ ſunt dari. Vran. *tom. 3. conſ. 14. de decim.*

Conſuetudo, quod decima ſolvatur in horreis, an valeat. Cravett. *conſil. 2.*

Debitor decimarum an poſſit appellare à ſententia ad retardationem executionis. Vivius *1. dec. 73. v. ſupra appellatio.*

In materia decimæ feudalis. Quetta *conſ. 95.*

7. *Deciſio.*

Magnum eſt, habere deciſionem in terminis. vid. Matth. Weſenbec. *conſ. 19. n. 63. &c.*

8. *Declaratio, declaratoria ſententia.*

Declarationem Domini & petitionem requiri, ut rei vel juris alicujus privatio incurratur. Joach. Mynſing. *cent. 6. obſerv. 77.* Gail. *lib. 2. obſ. 51. v. verb. amiſſ. feud.*

9. *Decretum: vide* ſupra, bona Minorum.

De interpoſitione Decreti. Chriſtinæus *vol. 1. dec. 92.*

Cujus judicis decretum in alienatione bonorum pupillarium requiratur; an ejus, ubi bona ſita ſunt, an verò ejus, ſub cujus juriſdictione pupillus domicilium habet. Berlich. *deciſion. 29.*

Decretũ quando dicatur nullum, ejuſq; nullitas quanto tempore præſcribatur. Maſtrill. *dec. 287.*

10. *De Primo & Secundo Decreto.*

De primo & ſecundo decreto, vide Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. volum. 4. deciſ. 124.*

Quando miſſio in bona ex primo decreto fieri poſſit vel non. Chriſtin. *vol. 1. dec. 222.*

Creditor in quibus caſib. in poſſeſ-

ſionem bonorum debitoris mitti debeat ex primo vel ſecundo Decreto, & quando debitor eſt pupillus, quæ ſint ſervanda. Honded. *1 conſ. 82.*

An miſſus in poſſeſſionem ex primo Decreto, præſcribere poſſit. Honded. *1. conſ. 82.*

Et an miſſus in poſſeſſionem præſcribat, paſſuſque miſſionem agrum colere & fructus colligere poſſit. Chriſtinæus. *vol. 1. dec. 222.*

An interpoſitio ſecundi decreti habeat ſolùm locum in perſonalibus, an verò etiam in realibus, qualiter item ac quando. v. Martin. Vran. *tom. 3. conſ. 13. de decimis.*

Vtrum miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto, in actionibus realibus poſſideat intra annum, vel tantum detineat. Cævall *q. 176.*

Vtrum citatio perſonalis requiratur, quando pervenitur ad ſecundum decretum Cævall. *q. 308.*

Decretum ſecundum an ſit nullum ſi fuerit interpoſitum pro credito, non habente v am exequutivam, vel vigore inſtrumenti nulli. Maſtrill. *dec. 34.*

Decretum ſecundum abſq; primo eſt nullum, & an Decretum primum interpoſitum ſuper reditibus reddat nullum ſecundum Decretum, receptum ſuper reditibus cum juribus avocandi & revocandi. Maſtrill. *deciſ. 58.*

Vtrum tempus, quod requiritur, ut perveniatur ad ſecundum decretum, relinquatur arbitrio Iudicis. Cævall. *quaſt. 160.*

An per ſecundum decretum interpoſitum per partem crediti, extinguatur actio, quoad reſiduum. Maſtrill. *dec. 120.*

Caſus proſecutionis arreſti, ubi tãtum quatuor ex creditorib. in bonorũ poſſeſſionem ex primo decreto cuſtodiæ causâ miſſi ſunt. Vran. *tom. 3. de miſſion. in bon. poſſ. conſ. un.*

11. Deditio.

De deditione, vid. Dn. D. Beſold. *in tract. de fœderum iure. ca. 2. num. 7. fol. 13. & ſeq. & in tract. de incrementis Imperiorum. cap. 6. & ult. à princ.*

12. Defenſio: Moderamen inculpatæ tutelæ.

De defenſione, & moderamine inculpatæ tutelæ vide Berlich. *4. concl. 12. & verb. Homicidium.* vid. omnino. Dn. Voltz. *ad L. Cornel. de ſicar. cap. 7.* Jacob. Ayter. *in proceſſ. iuris 1. cap. 1. obſerv. 3.* Schneidevv. *ad §. jus gentium. de I. N. G. & Civ.* & *infra verb. provocatio.*

Defenſio cui juri adſcribatur. Cöpen. *1. obſ. 5.* Dn. Beſold. *in delib. lib. 1. q. 8. & in præcogn. pandect. tit. de I. & I. ad l. 3. q. 1.*

An in foro poli tutus ſit, qui vim vi repellit. Dn. Beſold. *d. l. 3. q. 2.*

Quatenus ſe defendere liceat. Cöpen *d. l obſ. 5.*

In

Digitized by Google

In cauſa homicidii defenſio quomodo licita & permiſſa. Treutler. *conſ.94.*

Annè peccet, qui ſe non defendit. Dn. Beſold. *d.l.3.q.3.& ſeq.*

Defenſionem competere hominibus cujuſcunque ſortis. Dn. Beſold. *d.l.3.q.6.*

An banniti ſe defendere poſſint. Dn. Beſold. *d.l.3.q.7.v. ſupra verb. bannum, bannitus.*

An defenſio ſit permiſſa contra furioſos. Dn. Beſold. *d.l.3.q.8.*

An contra Parentem. Dn. Beſold. *d.l.3.q.9.*

Anne contra Principem vel Magiſtratum. Dn. Beſold. *d. lib. 3. quæſtion.10.*

An pudicitiam defendere liceat cũ alterius nece. Dn. Beſold. *d. l.3.qu.11.* Gilhauſ. *in arb. crim. tit. de homicid. n.36.*

An convitiator occidi poſſit. Dn. Beſold. *d.l.q.12.*

De rerum noſtrarũ defenſione: an & quatenus occiſio pro rebus & bonis noſtris ſit permiſſa. Dn. Beſold. *d. l. quæſt. 13.* Cöpp. *1. obſ.14.* Gilhauſ. *d. tit. de homicid. n.40.*

De fure nocturuno. Dn. Beſold. *d.l.q.14.*

Promiſſio de defendendo, intelligitur de juſta & non violenta defenſione: & quando ſecùs. Mynſ. *cent. 2. obſerv.19.*

Patri filium, filio patrem, fratri fratrem, cognato cognatum, amico amicum, ſocio ſocium, marito uxorem, vicino vicinum in vitæ periculo conſtitutum quatenus defendere liceat. Cöpp. *1.obſerv. 13.* Cævall. *q.553.* Dn. D. Beſold. *d.loc.q.15.*

De defenſione proximi periclitantis, & in dubio vitæ diſcrimine conſtituti: an nimirum quis ad alterius in mortis periculo conſtituti defenſionem de jure teneatur. Speckhan. *3. Cl. 2. q. 9.* Gilhauſ. *in arb. Crim. d. tit. de homicid. n. 27.* Dn. Bocer. de torturis. *c. 3. n. 75.* Dan. Otto *de jure publ. c. 11. m. f. 271.* Dyn. *ad reg. non eſt 19. numer. 4. &c. de R. I. in 6.* Millæus *in pract. Crim. m. f. 30. n. 19. & ſeqq.*

An extranei & quatenus defendẽdi ſint. Dn. Beſold. *d.l.3.q.16.*

Anne Princeps, alterius ſubditos injuriâ oppreſſos debeat juvare Dn. Beſold. *d.l.q.17.*

Defenſio inculpata, certum requirit moderamen. D. Beſold. *d.l.q.18.*

Illud unico verbo propulſandi, à Florentino JC. deſcribi. Dn. Beſold. *d.l.q.19.*

Moderamen inculpatæ tutelæ in quibus conſiſtat. Cöpp. *1. obſ.6.* Martin. Vran. *tom. 2. conſ. 26.* Metzger. *conſil. Crimin. 8. nu. 7. & ſeqq.* Schneidevv. *in d. §. jus gentium. num. 15. &c.* Ayrer. *d. obſ. 3. nu. 20. &c.* Wehner. *conſil. Franc. 25. num. 4. & ſeqq.* Ludovic. Gilhauſ. *in arb. Iudic. Crimin. cap. 2. tit. 12. de homicid. n. 31 &c.*

Minæ ſolæ an ſufficiant ad alterius internecionem. Gilhauſ. *d. l. n.32.*

Modus

Digitized by Google

Modus defendendi in eo potiſſimũ conſiſtit, ut offenſio defenſioni proportione quâdam reſpondeat. Cöpp. *1.obſ.7.*

Ad proportionatam defenſionem armorum paritas an requiratur. Cöp. *1.obſ.8.*Dn.Beſold.*ad.l.3.q.22.*

Quando defenſioni inculpatæ tutelæ locus ſit vel non. Metzger. *conſil. Crim.8.m.f.158.*

An ex intervallo occidere queamus inſultantem. Dn. D. Beſold. *d. l. q.27.*

Primum ictum nemo tenetur expectare. Dn. Beſold. *d. l.q.21.*

An ab adverſario lethalibus armis inſultatus, pro inculpatæ tutelæ moderamine ſervando, primum ictum excipere & exſpectare teneatur: an verò eum prevenire, anticipare & antevertere poſſit. Speckh. *cent. 3. cl. 2. q.8.*

Non fugæ neceſſitatem incumbere inſultato: & an ac quando procedat. Dn. Beſold. *d. l. qu. 23.* Cöpp. *1. obſervat.9.*

Vtrum in rixa vel ad evitandam rixam, fugere quis teneatur Cævall. *q.551.*

De modo & forma defenſionis. Berlich. *4.concl.13.*

De proceſſu & probationibus in materia neceſſariæ defenſionis. Berlich. *4. concl. 14.* Matth. Weſenbec. *conſil.19.*

Reus moderamen inculpatæ tutelæ probare tenetur. Gilhauſ. *d. tit. numer.34.*

Muliere à Viro occiſa, an præſumatur inculpata tutela. Gilhauſ. *d. loc. numer.35.*

Defenſionem inculpatam allegãs, non autem probans, quomodo puniatur. Cöpp. *1.obſ.10.*Berlich. *4. concl. 15.*

Probatio quæ ſit ſufficiens ad defenſam, etiam quando agitur de repulſa teſtium fiſci. Hond. *2 conſ.87.*

Nocturno tempore duob. obambulantibus & ſe invicem inſultantib. & vulnerantibus, ac utroque defenſionem prætendente, uter ad juramẽtum admittatur. Pingizer. *q.55.*

An homicidium ob ſui defenſionem perpetratum, ullo modo puniri poſſit. Dn. Beſold *in præcogn. pand. de l. & l.ad l. 3. q. 5.* infr. *verb. homicidium.*

De exceſſu moderaminis inculpatę tutelæ, quando & quomodo is, qui moderamen inculpatæ tutelæ exceſſit & alterum occidit, puniatur: & an etiam interfecti propinquis in foro Saxonico Wergeldum ſolvere teneatur, & quid de æſtimatione operarũ &c. Berlich. *4. concl. 18.*Dn.D.Beſold. *d loc.q.26.*Cöpp. *lib.1.obſ.11.*Conſil. Altorff.37. Schneidvv. *d. §. n.18.*

Judicis arbitrio relinquitur, an quis defenſionis limites tranſilierit. Gilhauſ. *d. tit. de homicid.n.33.*

13. Defenſores Civitatum.

Defenſores Civitatum duplices eſſe. Vnde dicti, & in quibus conſiſtat eorum officium. Paul. Chriſtin. *dec. Belg. vol.2. dec. 87.*

14. Defloratio: *vid.* verb. ſtuprum.

In cauſa deflorationis. Vran. *3. de deflor. conſ. 2. & ſeqq. multis per tot.*

V. Conſil. ubi deflorator ob deflorationem ſecundo gradu conſanguinitatis ſibi attinentis Virginis, pœna 50. aureorum, quamvis ob commiſſum inceſtum gravius puniri potuiſſet, & trium florenorum expenſarum puerperii condemnatur. Vran. *tom. 3. de deflorat. conſ. 1.*

De modis & actibus, quibus copula carnalis rectè probetur vel non. Vran. *de deflor. 3. conſ. 7. & conſil. 14. v. ſupra verb. Copula carnalis.*

Quæ ſint conſideranda in congruo modo dotis defloratæ Virgini conſtituendo & æſtimando. Vran. *3. de deflorat. conſil. 9. & conſil. 15. 17. & 23.*

Vid. conſilium, in quo abſolvitur reus ob non factam ab Actrice probationem, quod ille prolis pater ſit, & infra ſpacium 10. menſium & trium dierum ante partum prolis proximè præteritorum cum actrice rem carnis perfecerit. Vran. *3. de deflor. conſ. 1.*

De poſſeſſione Virginitatis, difficili probatione copulæ carnalis, præſumptiva probatione. Vran *3. de deflor. conſil. 13.*

Quod deflorator teneatur defloratam per ſimplicem ſeductionem in pœnam deflorationis, aut in uxorem ducere, aut ſi id nolit, ſaltem dotare juxta modum dotis, quam virgines accipere conſueverunt; Vran. *3. de deflor. conſ. 15.*

Deflorator faſſus carnalem copulam, licet neget defloratam fuiſſe Virginem; tamen niſi probet, eam fuiſſe ab aliquo præcognitam, tenetur ad dotandam illam, recognoſcendum & alendum prolem, & expenſas puerperii ſolvendum. Vran. *3. de deflor. conſ. 16.*

Poſſeſſio virginitatis probata, tráſfert onus probandi contrarium, aliquam ſc. tempore copulæ carnalis cóſeſſatæ non fuiſſe virginem, in adverſarium: & de præſumenda & juramento probanda Virginitate Vran. *1. de deflorat. conſ. 23.*

15. Delatio, denunciatio Criminis, Delatores. Ruggericht. *vid.* ſupra verb. accuſatio.

De Delatoribus, vid. M. Ant. Pe-

regr. *in tract. de jure Fiſci lib. 2. tit. 1.* M l'æum *in pract. Crim. m. ſ. 8. & ſeqq.*

Quæ differentia inter delationem & accuſationem. Millæus *in praxi abſol. Crim. m. ſ. 23. n. 46.*

Deferre qui poſſint vel non. Peregrin. *d. l. n. 2.* Millæus *in praxi Crim. d. ſ. 23. n. 47. &c.*

Fœminæ an poſſint deferre, Frideric. Pruckman. *in tract. de differentiis utriuſque ſexus. part. 1. princ. membr. 1. art. 9. m. ſ. 37.*

An quilibet ſubditus teneatur denunciare maleficium in ſuis ædibus commiſſum. Mod. Piſtor. *q. 61.*

De judicibus, qui ſe aut ſocios ſuos ſponte revelant, exhibent &c. & an mitius puniantur. Heig. *2. q. 32.*

Delator non debet deſiſtere, ſed cauſam proſequi, aliàs punitur. Peregrin. *d. loc. n. 3. & ſeqq.* & *ſupra v. accuſatio.*

Et quomodo denunciator non probans, ſe vindicet à ſuſpicione calumniæ Millæus. *ſ. 9. num. 7. & ſeq.*

Delator item tenetur probare cauſas, cæteraque alia neceſſaria: & quid ſi non probat, ad quid parti denunciatæ teneatur. Millæus *d. loc. ſ. 8. n. 3. & ſeq.* Peregrin. *d. loc. n. 15.*

Quæ autem & quanta portio delatori debeatur. Peregrin. *d. l. n. 16.*

An lucrum ſpectans delatori, per eum non agnitum, tranſmittatur ad ſuos hæredes. Peregrin. *d. tit. numer. fin.*

16. Delegatio debiti: *vid.* infra verb. novatio.

Vtrum delegatio fiat interventu novæ perſonæ. Cævall. *q. 754.*

An & quando novatio, vel etiam delegatio conjecturis, novo jure inducatur. Arumæus *lib. 2. deciſ. 3. v. infra uerb. novatio.*

Delegatio quando non habeat vim ſolutionis, nec liberet delegatum. Joan. Petrus Surdus *deciſ. 23.*

Debitor per delegationem factam ſuo creditori in mercatorem de proximo decocturum, an ſit liberatus. Maſtrill *deciſ. 177.*

Delegans debitorem alteri, utrùm liberetur, ſi promiſerit delegato certo die non ſolvente, ſe ſoluturum. H. Piſtor. *obſ. 87.*

17. Delegatus, Delegatio Juriſdictionis, ſubdelegatus. &c.

De Iudice delegato, vid. omnino Gilhauſ. *In arb. Iudic. civil. cap. 1. part. 1. de Iuriſdict. §. 7.*

Commiſſarij ab Imperatore impetrati, ſunt delegati Judices, & an ij recuſari queant. Myaſinger. *cent. 2. obſerv. 52.*

Iudices delegati à quo conſtituantur. Gilhauſ. *d. §. 7. n. 2.*

De

De Delegatis Imperatoris. Nic. Everhard. Iun. *1. conſ. 5.*

Si princeps Poteſtati mandat, ut cauſam alicui deleget, an intelligatur delegata à Principe vel ab Ordinario. Gilhauſ. *d. §. num. 4. f. m. 42.*

Quidam Iudices delegantur ad univerſitatem cauſarum, quidam vero ad certum genus cauſarum. Gilhauſ. *d. loc. n. 5. & ſeqq.*

De differentijs inter Judicem ordinarium & Delegatum. vid. Gilhauſ. *d. §. 7. num. 11. & ſeqq. f. m. 42. & ſeq.*

Vtrum autem Delegatus ſit major vel dignior Iudice Ordinario. Gilhauſ. *d. §. 7. num. 51. & ſeqq.*

An ſit differentia inter Judicem delegatum, & Iudicem datum. Gilhauſ. *d. l. n. 61. & ſeqq. f. 46. & ſeq.*

De his, quæ magiſtratus alijs mandare poſſunt. *ad l. 1. ff. de offic. eius cui mand. eſt Iuriſd.* Merenda *lib 5. c. 4.*

Quæ cauſæ delegari poſſint. Chriſtinæ. *2. dec. 150.*

Cauſæ meri Imperij an delegari poſſint. v. Gilhauſ. *in arb. Civil in §. 3. de mero Imperio. cap. 1. p. 1. d. Iuriſ. num. 17. & ſeqq.*

Vtrum multitudo cauſarũ ſit juſta cauſa delegandi cauſas meri & mixti imperij. Cævall. *qu. 42.*

An merum Imperium propter abſentiam vel infirmitatem mandari queat. Gilhauſ. *d. loc. in arb. civil. §. 3. numer. 23. & ſeqq. & in arb. crim. cap. 1. n. 23. & ſeqq.*

Num autem mandata vel delegata cauſa meri Imperij propter abſentiam vel infirmitatem, mandata intelligatur ad cognoſcendum tantum, an verò etiam ad definiendum. Gilhauſ. *in arb. civil. d. l. n. 51. & ſeqq. m. fol. 26.*

Vtrum ea, quę requirunt cauſæ cognitionem, poſſint delegari Cævall. *q. 544.*

Vtrum cognitio cauſæ ſuſpecti tutoris delegari poſſit? Cævall. *quaſtion. 319.*

De officio delegati. Gilhauſ. *d. §. 7. n. 63. f. 47.*

Clauſula in commiſſionibus, *ſola facti veritate inſpecta*, cujus ſit effectus. Mynſinger. *2. obſ. 44.*

Clauſulæ, ſimpliciter & de plano, quis ſit effectus? Mynſinger. *cent. 3. obſerv. 70.*

Vtrum delegatus Legati de latere, poſſit ſubdelegare. Cævall. *q. 314.*

Vtrum delegatus Principis poſſit realiter citare, Cævall *q. 592.*

An delegatus teneatur mittere citato originalem cõmiſſionem, Mynſinger. *cent. 3. obſ. 2.*

Vtrum delegatus ab inferiore, ſuam poſſit exequi ſententiam. Cævall. *q. 632.*

Vtrum cauſa commiſſa proprietatis, intelligatur commiſſa cauſâ poſſeſſionis. Cævall. *q. 736.*

Commiſſa cauſæ cognitione, an cenſeatur ejuſdem definitio & executio commiſſa. Mynſinger. *cent. 6. obſerv. 93.*

An & quando delegatus alium

 poſſit

poſſit ſubdelegare. Paul. Chriſtinæus. *2. dec. 150.*

Vtrum & quando Commiſſarius principis vices ſuas alteri ſubdelegare poſſit. Gail. *1. obſ 97.*

Vtrum delegatus Principis poſſit cauſas meri Imperij ſubdelegare, Cævall. *q 387. & q. 771.* Andr. Gail. *lib. 1. obſ. 97. num. 14. &c.* Gilhauſ *in arb. Iud. civ. cap. 1. part. 1. de Iuriſdict. §. 3. nu. 58. & ſeqq. & in §. 7. numer. 14. & ſeqq. & in arbor. crim. cap. 1. de mero Imperio. num. 58. & ſeqq.*

Vtrum delegatus inferioris à Principe, poſſit unum articulum delegare. Cævall. *q. 284.*

Quando & quibus in caſibus Delegatus inferioris Ordinarij, habeat poteſtatem delegandi. Gilhauſ. *d. §. 7. in arb. civ. num. 19. f. 43.*

An & quando exiſtente diſcordia inter condelegatos, attendatur ſententia unius, ac factum à majori parte. Raudenſ. *dec. 2.*

Delegati officium quibus modis finiatur. Gilhauſ. *in arb. Civ. d. cap. 1. part. 1. §. 7. num. 64. f. 47.*

Vtrum Iurisdictio delegati exſpiret morte concedentis, ipſo jure vel ope exceptionis? Cævall. *q. 424. adde* Martin. Vranium *in lecturis. ad cum veniſſet. num. 33. & ſeqq. de teſtib.* ubi *Additionator.*

Mortuo delegante, antequam delegatus partes citaverit, an delegati Iurisdictio expiret. Cravetta *conſil. 274.*

18. *Delictum. Crimen:*

vid. infr. verb. pœna.

De differentia inter vocabulum Delictum, crimen, maleficium, ſcelus, flagitium &c. vid. Gilhauſ. *in arb. Iudic. crim. in prolegom. n. 1. & ſeqq.*

Delicta ſunt publica aut privata. Gilhauſ. *d. loc. n. 13. & ſeqq.*

Delicta privata ſunt alia ordinaria, alia extraordinaria. Gilhauſ. *d. loc. n 16. 17. & 18.*

Delicta aut ſunt merè Eccleſiaſtica aut merè ſecularia, ſive communia. Gilhauſ. *d. loc. n. 20.*

Delictorum quædam ſunt vel nominata, vel innominata. Gilhauſ. *d. loc. n. 21. 22 & 23.*

Delicta quædam conſiſtunt in committendo, alia in omittendo. Gilhauſ. *in d. prolegom. n. 24. &c.*

Delicta quædam ſunt excepta, quædam non excepta. Gilhauſ. *d. l numer. 29.*

Delictorum aliqua ſunt levia, aliqua gravia, ſive atrocia. Gilhauſ. *d. l. n. 30. & ſeqq.*

Delictum quando leve, grave, enorme &c. dicatur, vel ex quib. qualitatibus & circumſtantijs levitas vel gravitas cognoſcatur. Dn. D. Bocer. *in tract. de torturis cap 2. paſſim.* & Gilhauſ. *d. loc. n. 32. & ſeqq* Eberhard. Speckhan. *cent. 1. claſſ. 3. q. 18.*

Denique delicta alia ſunt occulta, alia notoria. Gilhauſ. *d. l. n. 35.*

In

In dubio faciendam interpretationem, ut non ſit delictum, & quid dicendum ſit de eo, qui operam dedit rei illicitæ. Chriſtinæ. *vol 1. dec. 97.*

An & quatenus delinquens in loco delicti conveniri & puniri poſſit? vid. *infra verb. forum competens.*

Vtrum in delictis tempus Criminis commiſſi an verò condemnationis ſit inſpiciendũ, & mulcta ad eum, qui tempore criminis commiſſi Iurisdictioni præfuit, an hunc, qui condemnavit, pertineat. Pingizer. *qu. 21.* Mäſtrill. *deciſ. 12.*

Delictũ commiſſum à filio, famulo ſeu conſanguineo, inſtitore &c. an ſit adſcribendum patri, domino & conſanguineo, & ex quib. poſſit dici ratificatum Honded. *2. conſ. 87. & conſ. 96. & ſeq. v. infra verb. pater.*

Delictum factum in uno actu, licet comprehendat pluralitatem delicti, unica tantum pœnâ punitur. Vivius *dec. 352.*

De probatione delictorum, vid. omninò Thom. Metzger. *conſ. crim. 15. num. 66. & ſeqq.*

An per Inſtrumentum delictum probetur. Dn. Metzger. *d. loc. num. 105.* Lanfranc. *in prax. tit. de Inſtrumentis. num. 50. &c.*

An & quando delicta præſumantur: & an ſemper probanda? Martin. Vran. *tom. 2. conſ. 26. & 33.* Gilhauſ. *in arb. crim. cap. 6. part. 4. de præſumpt. num. 78. & ſeqq.*

Delictum per conjecturas probare an ſufficiat. Cravetta *conſ. 244.*

An delicta ob temporis diuturnitatem, & quantam extinguantur vel, minuantur: vid. *ſupra verb. accuſatio.* adde Teſſaurum *deciſ. 76.* Metzger *conſ. crim. 15. nu. 115. &c.* Schneidevvin. *ad tit. Inſt. de uſucap. & præſcript. de ſpecieb. præſcript. num 44. & ſeqq.*

An per mortem rei delinquentis judicium criminale extinguatur, vel an & quatenus tranſeat in hæredes. v. *ſupra verb. bannum.* Metzger. *conſ. crim. 15. num. 116. &c.* H. Piſtor. *obſ. 220.*

Quæ delicta morte rei non extinguantur, vid. M. Anton. Peregrin. *in tract. de jure Fiſci. lib. 4. tit. 5.*

19. Democratia.

De democratia, vid. ſingularem Diſcurſ. Dn. D. Beſold. *in opere Polit in tract. de Ariſtocratia &c. diſcurſ. 3.*

Quando Reſpublica Democratica eſſe cenſeatur. Dn. D. Beſold. *h. cap. 1.*

De Democratia liberiori. Dn. Beſold. *d. l. cap. 1.*

De democratia adſtrictiori: junctis monitionibus aliquot, inibi obſervandis Dn. Beſold. *d. tract. cap. 3. in f. 53. & ſeqq.*

An Democratia ſit optimus ſtatus. Dn. Beſold. *d. tract. de Monarch. diſc. 5. c. 1. num. 2. fol. 220. & ſeqq.*

20. Denegata vel protracta Juſtitia.

V. Gail. *1. obſ. 28.* Gilhauſ. *in arb. Iud. Civil. cap. 4. ram. 1. de Mandatis.* §. 7.

Differunt protracta & denegata juſtitia ratione proceſſus decernendi. Gilhauſ. *d. loc. n. 3.*

Quomodo & quando cauſæ ob negatam juſtitiam ad Cameram devolvantur, & de earũ requiſitis. Schvvãman. *obſ. 167.* Mynſinger. *cent. 5. obſervat. 82.* Gilhauſ. *d. loc. n. 8.*

Citatio ſuper denegatâ Iuſtitia quando decernenda. Gail. *d. obſ. 28. num. 2.*

Denegatio vel dilatio jûſtitiæ requirit documentum. Mynſing. *cent. 2. obſ. 74.*

Supplicatio pro citatione ſuper denegata juſtitia. Gilhauſ. *d. loc. num. ult.*

Vtrum neceſſe ſit ad obtinendam citationem ſuper protracta Iuſtitia, judicium non eſſe cæptum. Schvvanman. *obſ. 168.*

Si requiſitus ſuper Auſträgis ob commiſſum ſpolium Iudices nominare detrectet, ne ſpolium fateri videatur, & ad alium modum ſe offerat, nihilominus citationem ex capite denegatæ Iuſtitiæ decerni. Schvvãman. *obſ. 173.*

Conſtitutio de denegata vel dilata juſtitia, etiam locum habet contra Commiſſarios. Mynſ. *cent. 1. obſ. 95.*

An appellari poſſit à denegata Iuſtitia. Gail. *d. l. num. 3.* v. ſupra verb. appellatio.

Si à Iudice Cameræ proximo, interpoſitam appellationem renuente, ad Camerale judicium appelletur, utrum proceſſus obtineri queant. Schvvanman. *obſ. 169.*

Denunciatio criminum, &c. vid. ſupra verb. delatio &c.

21. Deportatio.

De deportatis, vid. Marc. Anton. Peregrin. *in tract. de jure fiſci. lib. 5. tit. 5.*

De differentiis inter deportatos & relegatos. Peregrin. *d. tit.* Gilhauſ. *in arb. iudic. Civil. cap. 1. part. 1. de iuriſdict. §. 3. n. 77.*

Confinati an ſint loco deportatorum. Peregrin. *d. l. nu. 11.*

Vtrum deportatio ſit meri Imperii. vid. Gilhauſ. *d. loc. n. 78. & ſeqq.*

Præſes Provinciæ an deportare poſſit. Dn. D. Bocer. *de regalib. cap. 3. num. 67.*

Deportatus quæ amittat. Peregrin. *d. tit. per tot.*

Deportatus an habeatur pro mortuo. Peregrin. *d. tit. num. 17. &c.*

De filiis deportatorum & damnatorum in metallum. Peregr. *d. l. 3. tit. 6.*

Digitized by Google

22. *Depoſitum.*

Vid. Cöpp *2.obſ.12.*Paul. Chriſtin.*1. deciſ. Belg. vol. 3. dec. 41.*

Depoſitum an conditionem recipiat. Cravett. *conſ. 705.*

Recipiens depoſitum minùs integrum, an illud approbare cenſeatur. Cravett. *conſ. 106.*

Depoſitarius quid præſtet. Cöpp. *lib. 2 obſ. 14.*

Deponens an ſemper poſſit pecuniam depoſitam repetere, & an depoſitarius reſtituere teneatur. Petr. Weſenbec. *conſil. 26.*

De pecunia apud Iudicem depoſita, an & quatenus is eam alii, quàm vero Creditori ſolvere poſſit? Berlich. *dec. 55.*

Depoſitæ rei reſtitutio, quæ ad ſecundum pervenit depoſitarium, à quo facienda ſit, & an per ceſſionem actionum primus liberetur. Theſaur. *1. quæſt. 1.*

Depoſitarius rei certę vel pecunię conſignatæ ad quid teneatur: & ſi fuit furto ſubtracta, vel illâ alio caſu amiſit, an & quando liberetur. Honded. *2. conſ. 43.*

Vſurę non niſi ex mora in reſtituendo à depoſitario debentur. Cöpp. *2. obſervat. 13.*

De probatione amiſſionis pecunię depoſitæ. Matth. Weſenb. *conſil. 56.*

De actionibus ex depoſito: vid. *ſupra verb. actio depoſiti.*

23. *Depradatio.*

Deprędatus quomodo damnum probare poſſit, Mynſinger. *cent. 5. obſervat. 71.*

Dominus territorii an & quando teneatur deprędatis damna reſarcire: Mynſinger. *5. obſerv. 70.* & *infra verb. via publica.*

24. *Derogatio, Clauſula derogatoria: vid.* infra verb. teſtamentum.

Derogatio quę & qualis requiratur, quando pręcedit diſpoſitio habens Clauſulam derogatoriam ad ſequentes diſpoſitiones. Cravett. *conſil. 126.*

Derogatum actui priori per poſteriorem quatenus intelligatur. Cravett. *conſil. 374. & conſil. 570. & conſil. 951.*

25. *Deſertio conjugum.*

Mulier recedens à viro, cum quo non conſummavit matrimonium, an ad eum redire teneatur. Baptiſt. Cęſar. *in Conſil. illuſtr. ICC. part. 2. conſil. 46.*

De interdicto quaſi reſtitutorio, competente viro ad repetendam uxorem, temerè ſe deſerentem, & de exceptione

ceptione cognationis gradus prohibiti, ad differendam reſtitutionem à Muliere ei oppoſita: num ſcil. exceptio hęc, ut prejudicialis, ante omnia cognoſcenda & definienda ſit: an vero eâ non attentâ, ſed in ſequens de jure matrimonii judicium rejecta, mulier viro ſine cunctatione ſit reſtituenda. v. Spekhan. *cent. 3. claſſ. 1. quæſt. 11.*

26. *Deſtinatio.*

Quando deſtinatum ejuſdem juris habeatur cum eo, ad quod eſt deſtinatum. Paul. Chriſtin. *vol. 1. dec. 212.*

Deſtinatum an pro facto habeatur. Gail. *lib. 2. obſ. 11.*

27. *Deterioratio, res deteriorata.*

An quis cogatur recipere rem deterioratam abſque pretio deteriorationis. Schneidevv. *in §. actionum. n. 45. & ſeq. de actionib.*

Recipiendo rem deterioratam, an & quando ſibi prejudicet. Schneidevv. *d. loc. n. 47. & 48.*

28. *Dies.*

De die, vid. Dn. Gęddęum *ad l. 2. §. 1. ff. d. V. S.*

De duplici diei conſideratione & uſu, Gędd. *d. l. n. 2. & ſeqq.*

Dies quando incipiat. vid. Gęddęum *d. §. 1. n. 13. & ſeqq.*

Ante & poſt diem, quomodo interpretetur. H. Piſt. *4. q. 30.*

29. *Diffidationes.*

De diffidationibus vid. Dn. D. Bocer. *tract. hac de re ſing.* Wehner. *in verb.* beſehden. Gilhauſ. *in A. Crim. c. 2. tit. 8.* Matth. Berlich. *tom. 4. pract. concluſ. 21.* Petr. Heig. *lib. 2. q. 32.*

De verbo diffidare & quid ſit. v. D. Boc. *h. cap. 1.* Gilhauſ. *d. tit. 8. num. 1. & 4.*

De ſpeciebus diffidationis. Dn. Bocer. *h. cap. 2.* Gilhauſ. *d. loc. n. 2.*

Quæ ſit juſta vel injuſta diffidatio. Bocer. *h. c. 2. n. 2. 7. &c.*

Si poſt juſtam diffidationem, treugæ ad certum tempus fiant, an elapſo eo tempore, diffidamentum in effectum produci debeat vel poſſit. Bocer. *h. f. 20. n. 10. c. 2.*

Quam ob cauſam diffidationes fieri ſoleant. Dn. Bocer. *h. c. 3. f. 30.*

Diffidatio requiſitum neceſſarium belli eſt. vid. Dn. D. Beſold. *de belli & pacis jure. f. 78. n. 4. & n. ſeq.*

Diffidationis requiſita, an ea de quibus in Conſtitutione violatæ pacis,

Digitized by Google

eis, requirantur. Gilhauſ. *4. Crim. d.loc f.31.n.6.*

Quibus modis diffidatio fiat. vid. Bocer. *b.c.4.f. 33. & ſeqq.*

Quid ſi verba alicujus pro diffidatoriis haberi non debent, an minator ille ſit puniendus vel non. Bocer. *b.d. c.4.f.41.n.16.*

An ſolum mares, non etiam fœminæ cautionem præſtare debeant de non offendendo. v. Bocer. *d.c.4.f. 49. n.18.& ſeqq*

An qui minas effudit in aliquem, teneatur cautionem præſtare de non offendendo, non ſolum ipſum principalem, ſed nec ejus filios, familiares &c. Bocer *b c.4.f.54 n 24. & ſeqq.*

An diffidatio injuſta ſpecies quædam ſit fractæ pacis publicæ v. Bocer. *c.5* Gilhauſ. *d.loc n.3.*

An ex ſimplici verborum prolatione ſive comminatione diffidatio colligi queat. Treutler. *conſ 85.* Bocer. *b. f.87. n. 3. & ſeqq.*

Annon propterea diffidator ob factam diffidationem ad ordinarium Iudicem remittendus. Treutler. *conſil.86.*

Quomodo procedatur ſuper crimine diffidationis. v. Bocer. *b.cap. ult. f 94 & ſeqq.*

De pœna diffidationis vid. Gilhauſ. *4. Crim. d. loc. n. 8.* omnino Bocer. *b.cap.6.* Berlich. *tom. 4. concl. 21.* Heig. *2.q.37.*

Qui diffidatorum nomine contineantur: & an etiam illi, qui literas tales ſcribunt, vel ſigna hoſtilia, brandbrieff affigunt &c. Berlich. *4. concl.21.*

Minitationes an etiam ſub nomine diffidationis contineantur? & quid inter ſe differant: & num provincialis ordinatio diffidatores gladio puniens, etiam de iis intelligenda ſit. Berlich.*4.con.l.22.*

Qui hac diffidationis pœna afficiantur, & qui ab illa excuſentur. Dn. Bocer. *d.c.6.* Gilhauſ. *d.loc.n.9.*

Si aliquis juſſu diffidatoris hoſtilia & diffidatoria ſigna, die brandzeichen/ ut ſunt ſcopæ, titiones & ſimilia cantum affixerit, vel adpenderit, quomodo punitur. Dn. Bocer. *cap. 6. n 6.*

Si Scriptor Literarum diffidatoriarum pœnitentiâ ductus, literas illas repetat, antequam damnum aliquod inde ſecutum fuerit, an ordinariæ diffidationis pœnæ locus ſit, vel mitior ipſi imponi debeat pœna. Dn. Bocer. *cap. 6 n.8. &c.* Dn. Berlich. *tom.4.Concluſ.23.*

An is, qui hoſtilia & diffidatoria quidem ſigna adpendit, ſed illa pœnitentiâ ductus, poſtea repetiit, & diffidationi renunciavit, pœnâ fractæ pacis publicæ ordinariâ afficiendus ſit. D. Bocer. *d.loc.n.12. & ſeqq.*

29. *Digeſta. Pandectæ.*

Cur digeſta Pandectarum nomine ſignentur. Dn. Beſold. *in Præ-*

cognitis Pandect.in præcogn. miſcell.gener. quæſt.1.

Genus hoc inſcriptionis annè ſit ambitioſum. Dn, Beſold, *d.l.q.2.*

Cur digeſta vocitentur D. Beſold. *d.l.q.3.*

In ſeptem partes cur dividantur. D. Beſold. *d.l.q.4.*

De vulgari illa diviſione, quâ in Vetus, Infortiatum & Novum ſegregantur. Dn. Beſold. *ſeq.d.l.qu.5.*

De titulis, qui cuilibet reſponſo in pandectis præfiguntur, idem Dn. Beſold. *q.9.*

31. *Dignus, dignitas.*

Digniorem judicari, in quo dignitas antiquior elucet. Cravetta *conſil.419.*

32. *Dilatio: vid.* infra verb. Terminus.

De dilationibus, terminis & induciis, vid. Cam. Borell. *in ſumma deciſ. tom.1.tit.47.* Paul. Chriſtinæum *vol.2. dec.Bel.dec.158.* Gail. *1.obſ.91.* Goldſtein. *in pract.cap.18.* Gilhauſ. *in arb. Iudic. Civ. cap.5.ramuſc.7. & in arb Iud.crim cap.5. ram.2.v.infr.v Terminus.*

Quot ſint ſpecies dilationum, Gilhauſen. *in arb. Civil.d.c.5.n.2.*

Dilationes quibus in caſibus valeant, & locum habere debeant vel non. Paul. Chriſtinæus *vol.1.deciſ.115.* Gilhauſ. *in arb. Civil.d.loc.n.4.*

Si petens prorogationem termini probatorij à judice remittitur ad deductionẽ Juris, an interim, ſi pronunciatur, dilationem ei nõ eſſe dandam, terminus labatur Berlich. *dec.58.*

An data dilatione, dies datæ dilationis ſit computandus necne? Gilhauſ *A Civ.d.loc.f.192.n.10.*

Quod dicitur, unicam tantum dilationem probatoriam dari, fallit ſæpe. Gilhauſ *A Civ.f.191.n.6.d.c.5 ram.7.*

Prorogatio primæ aut ſecundæ dilationis an concedenda. Gail. *d.l.numer.2.*

Secunda, 3. aut 4. dilatio quando concedatur. Gail. *d.l.n.4.*

Impedimentum ad ſecundam, vel 3. dilationem obtinendam: an juramento probari poſſit? Gail. *d.l.n.5.*

Quartæ dilationis ſolennitas quæ ſit, & an partium conſenſu remitti poſſit. Gail. *1.obſ.91.n.6.*

Forma Iuramenti quartæ dilationis. Gilhauſ. *in arb. Civil.d.loc.n.7.*

Prima dilatio quando reintegranda. Gail. *d.l.n.8.*

In criminalibus quot dilationes concedi debeant. Gail *d.l.n.15.* Gilhauſ *in arb Civ.d.loc. num. 9. & in arb. Crimin.ſupra d.loc.num.1 & ſeqq.*

Prorogatio dilationis quando concedenda. Gail. *d.l n.20.*

33. *Dilectio, dilectus.*

Dilecti magis cauſam potiorem eſſe. Cravetta *conſ. 927.*

34. *Diſpenſatio: vid.* verb. Nuptiæ, Matrimonium.

De diſpenſatione. Vran. *tom. 2 conſ. 2.* Dn. Beſold. *in delibat. lib. 1. q. 11. & fol. 49. & ſeqq.*

An in gradibus jure divino reſpectu copulæ matrimonialis prohibitis, diſpenſatio locum habeat? Dn. D. Beſold. *in tract. de Majeſt. in genere. cap. 7. n. 10. fol. 68.*

An ſuper inceſtis nuptiis fieri poſſit diſpenſatio. Cöppen *1. obſ. 38.*

Vtrum Pontifex poſſit diſpenſare in matrimonio de præſenti rato & non conſummato. Cævall. *q 343.*

35. *Diſpoſitio: vid* infra verb. Teſtamentum.

Diſponendi facultatem in vita ſibi reſervans, an poſſit teſtari. Teſſaurus, *deciſ. 209.*

Diſponere qui ex pacto poteſt, an decedendo ſine Teſtamento, diſpoſuiſſe videatur. Surdus, *dec. 27.*

Captatoria diſpoſitio quando dicatur. Surd. *deciſ. 65.*

Diſpoſitio captatoria quando ſuſtineatur vel non. Ioan. Vincent. Honded. *vol. 2. conſ. 69.*

Captatoria diſpoſitio an convaleſcat per approbationem. Surdus. *deciſ. 55.*

36. *Dividua & individua.*

Vide Dn. Göddæum *ad l. 25. ff. de verbor. ſignificat. & infr. lit. I.*

37. *Dives, Divitiæ, locuples.*

Quis probare teneatur aliquem eſſe factum locupletiorem. Schultes. *pr. quæſt. 31. lib. 1.*

Quid articulandum ſit, quando probare volumus, aliquem ex re noſtra factum eſſe locupletiorem. Schultes. *1. q. 32.*

38. *Diviſio bonorum, hæreditatum, jurium, bonorum feudalium, &c.*

De diviſione vid. Berlich. *3. conclu. 21. & ſupra verb. communio, communi dividundo.*

Pactum de non dividendo, an per Iuramentum interpoſitum firmetur. Teſſaurus *dec. 142.*

An minoris ſit electio in diviſione;

Y 2 vel

vel quomodo ea facienda. Berlich. 3. *concluſ.21.* Cavall. *q.* 341 Viv. *dec.*437. Scheffer. 1. *quæſt.* 4. Rauchbar. *lib.* 1. *quæſt.* 40.

Hæreditas ſi ſit dividenda inter plures, an optione vel ſorte fieri debeat. Mynſ. *cent.* 4. *obſ.*37.

Vtrum Jura Saxonica, quæ Seniori diviſionem hæreditatis imponunt, & Juniori poteſtatem eligendi permittunt, in fœmininis locum habeant. Ac quomodo diviſio facienda inter ſororem minorem, & Sororis natu majoris filias vel nepotes ex Sorore, patri & avo ſuccedentes. Rauchbar. *lib.* 1. *quæſt.*41.

Vtrum in diviſione res ſit adjudicanda ei, qui majorem portiorem ejus rei habet. H. Piſtor. *obſ.* 47.

In diviſione rerum hæreditariarum an & quatenus attendatur, rem à majoribus proveniſſe & quis in re dividenda majorem portionem obtineat. H. Piſtor. *obſ.* 91.

De jure Civili diviſio inter fratres ſit vel Judicis officio vel ſorte. Dn. Beſold. *in delib. lib.* 10. *q.*1.

Diviſio paterna inter filios facta, an & quatenus valeat & ſervanda ſit. Gail. 2. *obſ* 116. Joan. Vinc. Honded. *conſ.*59. *vol.*1.

Diviſio à fratribus facta, utrum perniciosa eſſe deſcendentibus poſſit, qui ex Inveſtituris antiquis vocatos ſe ad bona feudalia aſſerunt. Cravett. *conſ.* 660.

Cui ex ſociis vel cohæredibus rerum hæreditariarum vel communium, quæ commodè dividi non poſſunt, attributio vel adjudicatio fieri debeat. Rauchbar. *lib.* 2. *q* 42.

Bona filii inteſtati morientis, qualiter inter Patrem & matrem dividenda. Teſſaurus. *deciſion. poſtrem.* 2?.

Quomodo hæreditatis diviſio, marito ab inteſtato mortuo, inter Viduam, ejuſque mariti fratres &c. inſtituenda: & quid vidua ex bonis Mariti conſequatur. Hieron. Treutler. *conſ.*89.

Diviſio inter fratres quando præſumatur ſequuta. Teſſaurus. *deciſ. poſtrem.* 205.

Feuda inter Vaſallos an & quando dividi poſſint. Gail. 2. *obſ.*153.

De diviſione regaliorum, Iuriſdictionis &c Matth. Weſenb. *conſ.* 31. Cravett. *conſ.* 316.

De diviſione feudali. Matth. Weſenb. *conſ.*41. *&* *conſil.* 207. Chriſtinæ. 1. *dec.* 188.

De diviſione feudi regalis. Matth. Weſenb. *conſ.*151. *&* *conſ.*198.

De diviſione fraterna & ſucceſſione feudi, Matth. Weſenb. *conſ.* 68. *&* *conſ.*115. *ac conſ.* 187.

Poſt diviſionem inter cohæredes factam, an idem remaneat jus hypothecæ antea contractæ. Robert. *rer. judic. lib.* 3. *c.* 19.

Cujus expenſis diviſio rei legatæ fiat, an hæredis vel legatarii. Robert. *rer. jud. lib.* 3. *c.*10.

Digitized by Google

Quod non ſit neceſſaria traditio vel adhæredatio, ceſſiove coram domino loci rei ſitæ ad effectum diviſionis. Paul. Chriſtin. *vol 1. dec. 362.*

Æs alienum, quomodo inter primogenitum & cæteros cohæredes dividatur. Robert. *rer jud. lib. 4. c. 11.*

An & quando per diviſionem cenſeatur renunciatum fideicommiſſo. Honded. *1. conſ. 33. v. v. fideicom.*

An & quando ex poſſeſſione pro diviſo, præſumatur diviſio. Hond. *vol. 1. conſ. 59.*

An & quibus ex cauſis diviſio hæreditatis ſemel facta retractari queat. M. Weſenb. *conſil. 190.*

In caſu bonorum diviſionis. Nic. Everh. Iun. *1. conſ. 20.*

Diviſio hæreditatis inæqualiter facta, quo remedio ad æqualitatem reducatur. Berlich. *dec. 146.* Petr. Weſenb. *conſil. 9.*

In materia læſionis circa diviſionem hæreditatis: an ſc. reſcindatur. Georg. Everhard. *2. conſil. 11.* Dn. Beſold. *in delib. lib. 10. q. 2.*

Diviſionis beneficium: v. ſupra beneficium diviſionis.

39. *Diviſio obligationis.* v. verb. ſolutio.

De diviſione obligationis v. Thoming. *vol. 1. in conſil. 18.*

Creditor debiti partem ab uno ex tribus reis debendi accipiens, an obligationem diviſiſſe dicatur, & an reliquam portionem ejus, qui non ſolvẽdo factus eſt, à duobus reliquis exigere poſſit. Thoming. *dec. 47.* Schaffer. *2. q. 13.* Robert. *rer. jud. lib. 4. c. 7.*

40. *Divortium: Separatio thori.*

De divortiis & repudiis, v. Paul. Chriſtin. *dec. Belg. vol. 3. dec. 138.* Maleſcot. *de nuptiis cap. 8.* & *infra verb. nuptiæ &c.*

De modis, quibus matrimonium diſſolvitur, Paul. Chriſtin. *1. deciſ. 339.* Cöpp. *enucleat. quæſt. 2. dec. 3.* Schneidevv. *de nupt. part. 3. de divortio. num. 7. & ſeqq.*

Divortii juſta cauſa eſt adulterium Cöpp. *1. obſ. 43* v. Martin. Vran. *tom. 2. conſ. 68.*

Item malitioſa deſertio. Cöpp. *1. obſervat. 44.* Schneidevv. *d. loc. n. 37. & ſeqq.*

Marito malitioſè abſente, utrum uxor alii nubere poſſit. Schneidevv. *d. l. n. 37.*

Ob veneni, licet non exhibiti, præparamentum, an fiat divortium. Cöp. *1. obſ. 45.*

Quid de nimiâ ſævitia. Cöpp. *d. obſerv. 45.* Viv. *dec. 435.* Wehner. *conſil. Francon. 89.* Theſaurus *deciſ. Ped. m. 130.*

An & quando ratione Religionis,

 pro-

propter infidelitatem &c. uxor relinqui poſſit? Cöpp. 1. *obſerv.* 46. Maleſcot. *in tract. de nupt. cap. 2. ſ. 16. fol. 32. item f. 104. & ſeq.*

An mulier à thoro Viri ob ejus hæreſin ſeparata, eo ad fidem reverſo, illi reſtitui debeat. Paul. Chriſtinæ. *1. deciſ. 330.*

Impotentia coeundi an & quando ſit cauſa divortii. Cöpp. *1. obſ. 47.*

Propter accidentalem impotentiam utrum & quando matrimonium diſſolvi poſſit. Maleſcot. *de nuptiis. c. 6. f. m. 76.*

Mandatum Procuratorium an valeat, ſi in eo omiſſa ſit litis conteſtatio: & quæ ſint requiſita Mandati Procuratorij. Mynſinger *cent. 4. obſervat. 99.*

An is, qui injuriam Conſanguineo illatam nomine injuriati perſequitur, teneatur mandato legitimare perſonam. Et ſi intra anni ſpacium abſque mandato minus legitimè egerit, utrum deinceps admittatur. H. Piſtor. *obſ. 99.*

Magiſtratus an poſſit defendere ſubditum ſine mandato. H. Piſtor. *obſervat 135.*

Conſortes ejuſdē litis an & quatenus cum cautione de rato admittantur. H. Piſtor. *obſ. 145.*

Si Procurator vel Actoris, vel Rei cautionem de rato præſtet, & poſtea ſeſe non legitimet, ad quid teneatur. Mynſinger *cent. 5. obſ. 49.*

Interdum præſumi pro Procuratore, etiamſi de Mandato ſive conſtitutione ipſius non conſtet. Mynſinger. *5. obſ. 80.*

In mandato Procuratorio an Clauſula obligationis, vel hypothecæ bonorum ſit neceſſaria. Berlich. *deciſion. 80.*

In quæſtione, an quis tanquàm conjuncta perſona pro alio ſit admittendus, ſi ab eo rati cautio petita non ſit, an eam Iudex ſupplere poſſit. Mod. Piſtor. *q. 144.*

Mandatum Procuratorium quomodo probetur. Cævall. *q. 400.*

Vtrum valeat Mandatum Procuratorium, cum dictione taxativa tantùm. Cævall. *q. 426.*

De tutorio & Procuratorio. vid. Matth. Weſenb. *conſil. 35.*

Per ſecundum mandatum tollitur primum, etiamſi fuerit factum in eadem perſona. Vivius *1. dec. 15.*

Pro pupillo, habente tutorem, an & quando poſſint comparere conjuncti. Vivius *1. dec. 31. & dec. 457.*

Quando valeat Procuratorium, datum virtute Clauſulæ ſubſtitutionis. Paul. Chriſtinæus *vol. 1. dec. 116.*

Mandatum non productum in prima inſtantia, an in cauſa appellationis produci poſſit. Cravett. *conſ. 108.*

An in mandato Procuratorio, neceſſaria vel utilis ſit Clauſula rati. Dn. Beſold. *in delibat. lib. 3. q. 14.* Rauchbar. *lib. 1. q. 2.*

Quæ ſpeciale mandatum requirant. Dn. Beſold *d. l. q. 15.*

Amicus pro amico, agere vel appellare ſine mandato an poſſit. Dn. Beſold. *d. l. q. 18.*

Maritus agens pro Vxore, an ſpeciali

ciali Mandato opus habeat. Mynſinger *cent.3.obſ.83.*

Maritus nomine Vxoris ad agendum admittitur, etiamſi non ſatisdet, in dotalibus & paraphernalibus bonis. In receptitiis cogitur præſtare cautionem.Dn.Beſold.*d.l.q.19.*

De Vniverſitatis Mandato Procuratorio formando: Was geſtallt vnnd form ein Gemeind Gewalt geben ſolle. Dn.Beſold *dict.lib.3.q.27.*

Mandatum Communitatis Procuratorium, quæ requirat. Mynſinger *cent.2.obſ.76.*vid.*verb.Syndicus.*

Mandatum Procuratoris quando morte principalis extinguatur. Mynſinger *cent.2.obſ.84.*

18. Mandata ſine Clauſula.

De Mandatis ſine Clauſula, vid. Andr.Gail.*lib.1.obſ.13.* Ludovic. Gilhauſ.*in arb. iudic.Civil cap.4.ramuſc.1.§.2.f.141.&c.*

Quando in Camera Mandata ſine Clauſula decernantur. Gail.*d.loc.obſervat.13.*

Quibus in caſibus à præcepto incipere liceat.Gilhauſ.*d.loc.n.4.*

De Clauſulis, quibus ſupplex libellus in hiſce caſibus fundatus concluditur.Gilhauſ.*d.l.n.5.*

An Mandata ſine Clauſula admittant exceptionem ſub & obreptionis. Gail.*1.obſ.14.*

Mādata ſine Clauſula an habeant paratam executionem. Gail.1.*obſervat.15.*

De proceſſu Mandatorum ſine Clauſula.Gilhauſ.*d.loc.§.4.f.144.*

An mandata ſine Clauſula tam contra mediatos, quàm immediatos imperij Status ſint decernenda. Schvvanman.*obſ.114.*

An captivus vigore mandati ſine Cl. *ex tit. 23.p. 2. Ord. Cam.* emanati, de ſe iterum ſiſtendo cavere teneatur.Schvvanman *obſ.115.*

An relaxatio captivi ſine omni cauſa in Mandatis ſine Clauſula facienda ſit.Schvvanman.*obſ.116.*

Si in primo termino cauſis Mandatorum ſine Clauſula,neque paritio doceatur, neque exceptiones producantur, ſed terminus ſolummodo petatur, quid contra reum ſit ſtatuendum. Schvvanman.*obſ.117.*

Quando exceptionibus ſub & obreptionis in cauſis Mandatorum ſine Clauſula oppoſitis non obſtantibus, reo paritio per ſententiam injungitur, an ſtatim in expenſas purè ſit condemnandus. Schvvanman.*obſervat.118.*

An pura expenſarum declaratio in omnibus mandatis ſine Cl. indiſtinctè fieri poſſit. Schvvanman. *obſervat. 119.*

An pecuniæ in Cancellaria Cameræ erogatæ, ſi reus in expenſas in puncto Mandatorum ſine Cl. pure ſit condemnatus, etiam ſint refundendæ.Schvvanman.*obſ.120.*

Si

Si in punćto paritionis Mandat. ſine Cl. planè frivolæ & irrelevantes ſub & obreptionis exceptiones opponantur, an reus ſtatim in pœnam Mandati declarandus, vel illi ulterior terminus præfigendus. Schvvanman. *obſerv. 121.*

Quando quis latæ ſententiæ de docenda paritione in punćto Mandatorum ſine Cl. non integrè paret, an ſtatim in pœnam ſit declarandus. Schvvanm. *obſ. 122.*

Exceptiones ſub & obreptionis in Mandatis ſine Cl. opponendæ, quantum fieri poteſt, contrahi debent. Schvvanm. *obſ. 123.*

Quomodo contra reum in punćto Mandatorum ſine Cl. primo in termino non comparentem, in contumaciam ſit procedendum. Schvvanman. *obſ. 124.*

Caſus, in quibus Mandata ſine Cl. in Camera ſunt decreta. Schvvanm. *obſ. 125.*

Si in ſupplicatione pro mandato ſine Cl. moræ periculum allegetur, an ob hoc ſolum proceſſus decernendi? Schvvanman. *obſ. 126.*

Quando frugiferæ arbores à ſylva litigioſa magnâ copiâ exciduntur, mandatum ſine Cl. de non vaſtando impetrari poteſt. Schvvanman. *obſervat. 127.*

Adverſus detrećtantes ſolvere collećtas Turcicas, an Mandata ſine Clauſula decernenda. Schvvanman. *obſ. 128.*

An Mandata ſine Clauſula ſuper obligatione vetitâ continente pacta pro parte in Camera ſint decernenda. Schvvanman. *obſ. 129.*

An ſuper obligationibus non expreſsè pactum executionis, ſed alias generales & prægnantes Clauſulas continentibus, Mandata ſine Clauſula ſint decernenda. Schvvanman. *obſervat. 130.*

An ob Clauſulam, cum vel ſine jure, **mit oder ohne Recht /** obligationi inſertam, Mandata ſine Clauſula in Camera decernantur. Schvvanman. *obſ. 131.*

Quando obligationi prægnantes Clauſulæ, abſque tamen executionis punćto, unà cum juramento inſeruntur, an deſuper in Camera Mandata ſine Cl. decerni queant. Schvvanman. *obſ. 132.*

Utrum contra debitorem, qui ſe non ſoluta penſione ad integram ſortem exſolvendam obligavit, mandatum ſine Clauſula in Camera ſit decernendum: & quid contra iteratò confitentem debitum. Schvvanman. *obſ. 133.*

Quando & contra quos mandata ſine Clauſula ſint decernenda, quomodo contra excipiendum: & de differentia juſtificatoria & pura. Schvvanman. *obſervat. 134.* Gilhauſ. *ſupra d. §. 2. n. 6. & ſeqq.*

In cauſis Mandatorum ſine Clauſula, undè exceptiones ſint petendæ. Gilhauſ. *d. loc. n. 9. &c.*

Digitized by Google

19. Manumiſſio.

De manumiſſione. vid. Iacob. Ræ vard. *de authoritate Prudentum cap. 7.*

20. Manus, manus amputatio.

Membri ſeu manus amputatio an ſit meri imperii. Gilhauſ. *in arb. Iudic. Crimin. cap. 1. n. 64. & ſeqq. f. 12.*

Si lex, conſuetudo vel ſtatutum irroget manusamputationem, utra ſit amputanda? Gilhauſ. *in arb. Crim. d. loc. num. 75.* Speckh *1. q. 87.*

Pœna amputationis manus an & quatenus locum habeat in eo, qui altera manu caret. H. Piſtor. *obſ. 188.* Gilhauſ. *d. n. 75. §. porrò.*

21. Marchiones.

Marchio an ſit major Duce? vid. Rodolfin. *de Ducibus Italiæ. num. 21. & ſeqq.*

22. Mare.

De Mari vid. Marc. Anton. Peregrin *lib. 8. de I. fiſci.* ubi de Principis Venetiarum Iuriſdictione in mare Adriaticum *num. 1 & ſeqq. multis.*

An maris proprietas Principibus acquiratur. Peregrin. *d. lib. 8 de I. Fiſci. f. 20. n. 23. &c.*

23. Maritus.

Vid. verb. dos fœminæ. Succeſſio Conjugum. Vxor. Mandatum. &c.

Maritus Curator uxoris, an & quatenus cōtrahere poſſit de bonis uxoris; & an uxor ejuſmodi contractui conſentiens, obligetur. H. Piſtor. *obſervat. 155.*

An is, qui mutuo dedit cuidam, & pro eo domum uxoris debitoris ſub ſigillo Senatus obligatam accepit, interveniente falſo Curatore uxoris, efficaciter agere poſſit contra Senatum. Pingizer *q. 38.*

Si Maritus promittat contemplatione uxoris, nulla tamen facta mentione de uxore, an poſſit in ſolidum conveniri. Chriſtinæus *vol. 1. dec. 90.*

Pro uxoris debito, an in rebus dotalibus viro ipſo reluctante, poſſit fieri immiſſio vel executio Baptiſt. Cæſar. *in conſil. illuſtr. 49. p. 2.*

Quando maritus uxorem teneatur alere, medicinas præſtare &c. Vivius *dec. 197.*

In cauſa ſævitiei mariti erga uxorem, vid. Mart Vran. *tom. 2. conſil. 66.*

Ob ein Minderjährig Eheweib von jhrem Mann verkauffte Güter wider an ſich bringen könde: Auch ob der Maritus evictionem zu laiſten verbunden. Do. Beſold. *conſil. 7. decad. 3.*

Vxor per matrimonium abit in poteſtatem Mariti. Prætorius *in cent. canon. polit. diſp. 1. can. 12.*

Poteſtas hæc an ad jus vitæ & necis exten-

Digitized by Google

extendatur. Prætor. *d. loc. can. 13. & ſeq.*

Quatenus marito uxorem defendere liceat. Cöpen.*obſ.13.lib.1.* vid. *ſupra defenſio.*

Maritus agens pro Vxore, an ſpeciali Mandato opus habeat. Mynſinger.*3.obſ.83.*

Maritus nomine Vxoris ad agendũ admittitur, etiamſi non ſatisdet, in dotalibus & paraphernalibus bonis. In receptitiis cogitur præſtare cautionem. Dn.D.Beſold *in delibat.lib.3. quæſt.19.*

Maritum fructus rei pignoratæ ſuos facere, cum dotis ſolutio differtur, quâ ratione fuerit conſtitutum, & quando habeat locum. Merenda.*2. contr.c.37.& ſeqq.*

De poteſtate Mariti in uxorem. Dn.D.Beſold.*d.trib. dom. ſec. ſpecieb.f. 14. &c.*

An, & quando maritis liceat uxores caſtigare & emendare. v. Pruckm. *d. diſſ.ſex.f.m.141.&c.*

An & quando uxor ſequi teneatur forum mariti. vid. omninò Pruckm. *d.diſſ.utr.ſex.part.princ.1.f.29. &c.*

Fructus bonorum paraphernalium an maritus ſuos faciat, ita ut ad illorum reſtitutionem non ſit cogendus. Teſſaurus.*dec.187.*

24. *Maſculinum, maſculinitas.*

Maſculinitatis qualitas quando in teſtamento repetita cẽſeatur: & quid in diverſa diſpoſitione ſit dicendum, ac de conjecturis circa hanc rem. Theſaurus.*2.q.64.*

Maſculinum an & quando contineat fœminivum. Honded.*1.conſ 91. & 2.conſil.7.& 8.* Viv *dec.414.*

An mares fœminis in retinendis familiæ bonis præferantur. M. Weſenb.*conſil.51.*

Linea maſculina, cujus mentio à teſtatore fit, an initium ex perſona teſtatoris, vel deſcendentibus ejus accipiat. Cravetta *conſil.656.*

Maſculinum quando in fideicommiſſo concipiat fœmininum. Surd. *dec. 84.*

Maſculinum quando concipiat fœminum in ſtatutis, ita ut filiorum appellatione, veniant filiæ. Teſſaurus *dec. 269.*

Sermone maſculino ſexus fœmininus, non modo extenſivæ ſignificationis beneficio, ſed maximè ſermonis proprietate comprehenditur. Gædd.*ad l.1.n.22.& ſeqq.d.V.S.*

In cauſis & deciſionib. etiam pœnalibus, maſculinus ſermo ad utrunq; ſexum regulariter pertinet. Gædd.*d.l. n.53.& ſeqq.*

An fœminino ſermone, ſexus maſculinus veniat. Gædd. *d. loc. num.61. & ſeqq.*

Digitized by Google

25. *Mater: vid.* infra verb. Pater, parentes. & ſupra verb. fœminæ.

Materfamilias quæ dicatur, vid. Gœdd. *ad l. 46. §. 1. d. V. S.*

An ſit matris conſenſus in nuptiis vel ſponſalibus neceſſarius v. Pruckman. *de diff. ſex. part. 1. princ. membr. 3. art. 16. f. 121. &c.* & *infra verb. matrim. nuptiæ.*

De Regula, quod Mater ſemper certa ſit, vid. Pruckm. *d. l. part. 2. pr. art. 14. f. 256. &c.*

Matres an debeant ſuis uberibus liberos alere & lactare. vid Dn. D. Beſold. *d. trib. dom. ſoc. ſpec. f. 18. c. 3. n. 1. & ſupra verb. alimenta.*

Matres an liberos habeant in poteſtate. Pruckm. *d. diff. ſex. part. 1. princ. membr. 3. art. 13. f. 117.*

Mater an habeat poteſtatem occidendi filiam, in adulterio deprehenſam. Pruckm. *de diff. ſex. d. p. 1. m. 3. artic. 14. f. 120.*

Mater liberis impuberib. non dans tutorem vel Curatorem, an ab eorum hæreditate excludatur. vid. omnino Pruckm. *d. loc. p. 1. membr. 4. artic. 11. f. 203. &c.*

Cur dignitas filii Conſularis non tranſeat ad matrem: Cum tamen dignitas Patris tranſeat ad liberos, & dignitas viri tranſeat ad uxorem. Speckhan. *cent. 2. Cl. 1. quæſt. 8.*

26. *Matricula Imperii.*

De Matricula Imperii, vid. Gail. *lib. 1. obſ. 21.*

Matrimonium. vid. infra verb. Nuptiæ &c.

27. *Medicus &c. Empirici.*

De Medicis, Medicina & Medicamentis, vid. omninò Dn. D. Beſold. *tract. de vitæ & mortis conſideratione. lib. 2. cap. 1. f. 57. & ſeqq. multis.* Dan. Otton. *de Iure publ. cap. 19. f. m. 467.* Mart. Vran. Additionator. *ad cap. Iudæi. de teſtib. f. m. 144. &c.*

De veræ & falſæ Medicinæ diſcrimine. Heig. *2 q. 26.*

An medicus ob perperam adhibita medicamenta &c. & inſecutam mortem teneatur & quomodo. Heig. *2. q. 26.* Dn. D. Beſold. *d. loc. ſub n. 3. f. 64.* Everhard. Speckh. *cent. 1. q. 24.* Ludov. Gilhauſ. *in arb. Iudic. Criminali. tit. 12. de homicidio. n. 55.*

De Empiricis, qui conceptis precum & verborum formulis, morbos curare profitentur. Robert. *rer. judic. lib. 1. cap. 5.*

An Medicum eſſe, ſit dignitas. Vran. Additionat. *d. loc. f. 144. paſſim & præſertim f. 148. v. Qua.*

Medici

Medici an ferendi. v. Dn. Beſold. *de vit. & mort. f. 57. à pr &c.*

An Medici debeant eſſe ſingulorum morborum. Dn. Beſold *de vit. & mort. f. 62. n. 2.*

An puniendi vel ſupplicio deſtinati, etiam Vivi, Medicis ad anatomiam ſint concedendi? Speckh. *cent. 1. quæſt. 7.*

An punitorum & maximè ſuſpenſorum, ſive cruciariorum cadavera, Medicis ad anatomiam concedi debeant. Speckh. *cent. 1. q. 8.*

Quales Medici ab ægrotis ſint eligendi, & quibus virtutibus præditi eſſe debeant. Speckhan. *cent. 1. quæſtion. 15.*

An Medicus debeat eſſe ſanus. Dn. Beſold. *d. vit. & mort. f. 62. &c. ſub numer. 2. &c.*

An vitæ humanæ terminus arte Medica prorogari poſſit. Dn. Beſold. *d. l. f. 65. n. 4. &c.*

Sortilegi & Incantatores ſub ſpecie Medicinæ ſunt pellendi. Dn. Beſold. *d. l. f. 66. n 5. &c.*

De Curatoribus morborum hyperphyſicorum præſtigioſis &c. vid. Godelm. *de Magis. lib. 1. c. 8.*

An Chriſtianus ægrotus, ſe Medico Iudæo, curandum committere debeat? Speckh. *cent. 1. q. 14.* v. omninò Vranii Additinatorem *d. loc. f. m. 144. &c.*

Empirici an ferendi. Dn Beſold. *d. l. d. mort. f. 72. &c. n. 7. &c.*

De Paracelſo, v. Dn. Beſold. *d. l. f. 74. &c. & præſertim n. 9. &c.*

An Medico forenſi, ad certum diurnum Salarium conducto, etiam pro itinere Salarium debeatur. Speckhan. *cent. 1. q. 21.*

Quando, num in principio, medio, vel fine curæ, ab ægroto, Medico Salarium ſit exſolvendum. Speckhan. *cent. 1. q. 26.*

Quantum Salarii nomine Medico ſit dandum. Speckh. *cent. 1. q. 27.*

Si Medicus pro locorum diſtantia, per triduum in itinere cōmorari deberet, uſus felici duplomate, abſolvat iter uno die, an unius vel trium dierum Salariū petere poſſit. Speckh. *cent. 1. q. 28.*

Quomodo puniendus ſit Medicus, protrahens curam, ut eò plus pecuniæ ab ægroto extorqueat, & burſam ejus evacuet. Speckhan. *cent. 1 quæſtion. 29.*

An Medicus prænoſcens mortem ęgrotantis vicinam, cujus curam habet, teneatur ei denunciare. Speckh. *cent. 1. q. 30.*

An Medico, curato ſemel ægroto, & in priſtinum morbum recidente, novum Salarium debeatur, an verò ægrotum recidivantem, pro eodem ſalario curare debeat. Speckh. *cent. 1. quæſt. 31.*

An Medicus cogatur invitus mederi, Speckh. *cent. 1. q. 32.*

An Medicus teneatur mederi gra-

 tis,

tis, an verò non niſi ob condignam mercedem. Speckhan. *cent. 1. quæſtion. 33.*

Cur Medici dicantur Parabolani. Speckh. *cent. 1. quæſt. 93*

28. Melancholia.

De Melancholia & Melancholicis, vid. Heig. *1.q.38.*

An & quando in delictis mitius puniendi Melancholici. Heig. *d. quæſtion. 38.*

29. Meliorationes in feudis &c.

Impenſas meliorationis quatenus hæredes Vaſalli repetere poſſint, feudo ad dominum &c. devoluto &c. H. Piſt. *2.q. 42.*

Melioramenta, quæ poſſeſſori dãt rei, in qua facta ſunt, retentionem, an idẽ jus tribuant adverſus anteriorem hypothecam habentem, & quid contra mulierem dicendum ſit. Theſaur. *1.qu.71.*

Melioramenta an repeti poſſint, quando rei, ſuper qua facta ſunt, ſequuta fuit reſtitutio. Theſaur. *1. quæſtion. 79.* Abel Strasburg. *conſil. 13.* Quetta *conſ. 84.*

Vtrum per oblationem fidejuſſoris, ubi ſunt illiquida melioramenta, quis poſſit poſſeſſionem adipiſci Rauchens *dec. 16.*

Succeſſor feudi ratione ædificii in fundo feudali extructi an teneatur illud heredibus cedere, vel æſtimationem pro eo ſolvere. Schæffer. *1. quæſtion. 47.*

Melioramentorum æſtimatio, ordinata eorum ſolutione, qualiter facienda ſit, & quale tempus inſpiciendum. Teſſaurus *deciſ. 251.*

30. Membri abſciſſio.

Num membri alicujus abſciſſio, ſit meri Imperii, & quorum membrorum mutilatio ſit permiſſa, vel non. Speckh. *cent. 1. q. 86.* Gilhauſ. *Arb. Iud. Civ. cap. 1. part. 1. de Iuriſdictione. §. 3. fol. 27. n. 64.*

Si lex, conſuetudo vel ſtatutum, irroget manus imputationem, utra ſit amputanda. Et ſi delinqnens unicam tantùm habeat manum, nunquid ea ſit amputanda. Speckh. *cent. 1. quæſt. 87.* vid. *ſupra verb. manus amputatio.*

An membri abſciſſio ſit pœna Capitalis. Gilhauſ. *A. Civ. d. §. 3. fol. 27. numer. 66.*

31. Memoria.

De Memoria, v. Iacob. Omphal. *de uſurpat. Legum. lib. 1. c. 1.*

De

De probatione memoriam non extare, vel extare v. Mart. Vran. *tom. 2. conſil. 10. & conſil. 13.*

32. *Mendacium mendaces.*

De generibus Mendaciorum, vid. Iacob. Ayrer. *in proceſſ. hiſtor. Iuris. part. 1. c. 7. obſ. 9. f. m. 177.*

Iura mendaci non favent. vid. Dyn. *ad regul. nullus pluribus 10. n. 3. &c.*

Vtrum reus negans omnia contenta in petitione actoris (*in caſu L. fin. ff. de rei vind.*) amittat poſſeſſionem, ſi verum eſt, quod poſſideat. Cævall. *quæſt. 128.*

Vtrum debitor negans dolosè debitum, perdat beneficium ceſſionis. Cævall. *q. 129.*

Vtrum mendatium ſit ſufficiens indicium ad torturam. Cævall. *quæſtion. 801. v. v Tort.*

Mendax an & quatenus teſtis eſſe poſſit, v. Ayrer. *in proceſſ. d. obſerv.*

De mendace & ejus condemnatione. Raud. *dec. 10.*

33. *Mendici. Otium, otioſi &c.*

De Mendicis, vid. Dn. D. Beſold. *tract. de tribus domeſticæ ſociet. ſpecieb. diſſertat. 2. cap. 6. num. 1. f. 78.* & *in tract. de vitæ & mortis conſideratione c. 3. n. 3. &c. f. 19 &c.*

De ocii & deſidiæ pœna. Heig. *2. quæſt. 27.*

De mendicantibus validis, impoſtoribus & ſtellionibus, qui ſub prætextu falſo ſtipem corrogant, &c. Heig. *2. q. 27.*

Mendici Vagi & extorres an in Republica ferendi. Dn. Beſold. *de trib. domeſt. ſociet. ſpec. d. f. 78.* & *in tract. de vita & morte. d. c. 3. f. 19. &c.*

34. *Menſis.*

Quot dies in Menſem computandi. vid. Rauchbar. *Quæſtion. Saxonicarum lib. 2. quæſt. 24.*

35. *Menſura.*

Quæ ſit pœna erga corrumpentes menſuras. G. Ihauſ. *in arb. Iudic. Crim. cap. 2. tit. 26. num. 32. f. 12 ?.*

36. *Menſura bonorum immobilium.*

Menſura fundi empti intra quod tempus per partes fieri debeat: & quid ſi pactum ſit, ut intra tale tempus menſuretur. Teſſaurus *dec. 185.*

De emptione venditione ad menſuram. v. *ſupra verb. emptio venditio.*

37. *Mercatores, Mercatura.*

V. Paul. Chriſtinæ. *dec. Belgic vol. 3. dec.*

3. deciſ. 106. Dan. Otton. *de Iure publico cap. 20. à pr.*

Quæ uſuræ Mercatorib. debeantur, & à quo tempore. Paul. Chriſtin. *vol. 1. dec. 293.*

De libris Mercatorum, & qualem faciant fidem. v. *ſupra verb. libri Mercatorum.*

An mercatura pro juſta & legitima ratione vitam ſuſtentandi habeatur. v. Dn. Beſold. *d. trib. dom. ſoc. ſpeciebſ. f. 105. n. 2.*

An mercaturam Principi exercere liceat. Dn. Beſold. *d. Ærar. cap. 3. f. 57. & c. n. 6. &c.*

An mercaturæ exercitium nobilatem obfuſcet. Otto. *d. c. 20. f. 475. &c.* v. *infra verb. Nobilis, nobilitas.*

38. *Meretrix.*

An quæ amoris vi capta virgo, amanti Virginitatis flores carpendos conceſſerit, meretrix, ein Hure / turpis aut infamis perſona ſit. Wehner. *in v.* Frawen vnd Jungfrawen.

Quomodo probetur aliquam eſſe Meretricem? vid. Mart. Vran. *in lecturis ad cap. praterea. n. 45. & ſeq. de teſtibus. f. m. 178.*

Meretrix quæ non eſt tenenda in bona vicinia, an è domo propria ejici poſſit. Theſaurus *1. q. 33.*

Vtrum meretrix ex bonis ex turpi lucro quæſitis, poſſit facere eleemoſynam. Cavall. *q. 587.*

An & quando meretrix de bonis turpiter acquiſitis teſtari poſſit. Viv. *dec. 482.*

Merum & mixtum Imperium v. ſupra verb. Imperium merum & mixtum.

39. *Metalli fodinæ, Calcis fodiendæ Jus. de fodinis Cypriis. Argentifodinæ. Aurifodinæ. Mineræ.*

De foſſilium & metallorum ſpeciebus variis, auri & argentifodinis & jure metallico. Heig. *1. qu. 13.*

Argenti & aurifodinæ an ſint de Regalibus in fundo tantum publico & fiſcali, non etiam in prædiis privatis. Dn. Bocer. *de Inveſtit. cap. 3. n. 102. & d. Regal. c. 3. n. 164. & ſeqq.*

An quis poteſtatem habeat quærendi metalla in privato cujuſdam prædio. En. Bocer. *d. l. n. 167.*

Si ipſemet Dominus prædii quærere nolit metallum ſuo in prædio, plures autem alii adſint, qui id facere cupiant, quis eorum præferri debeat. Dn. Bocer. *d. l. n. 168. & ſeq.*

Si, aliquo in Ducatu prædium cujuſdam privati hominis, metallicas habeat venas, quas ipſemet prædii Dominus effodere nolit, proindeque alii plures ad eruendum illud metallum concurrant, an Princeps Ducatus illius, licet poſterior accedat, præferri debeat,

debeat cæteris necne, Dn. Bocer. *d. l. n.171. & ſeq.*

Qui in ſuo fundo metallum effodere cæpit, poſſitne venam metallicam continuam perſequi ſub prædio vicino, invito ejus prædii domino. Dn. Bocer. *d. l. n.174.*

An dato nobili alicui à Principe in feudum regali jure metalli fodinarum, certi alicujus territorii, censeatur etiam juris eſſe regalis, & ad nobilem Vaſallũ pertinere proprietas harum fodinarum, quæ in ejus territorii prædiis inveniatur hominum privatorum, aut quid aliud de jure regali ſit in fodinis hiſce, quod ex feudi conceſſione ad eum Vaſallum ſpectet. Dn. Bocer. *de Inveſt. c. 3. n. 101.*

De venis metallicis &c. & an dividantur. vid. Baptiſt. Cæſar. *in conſ. illuſtr. 65. p. 2.*

De fodinis Cypriis v. Matth. Weſenb. *conſ. 60.*

De jure fodinarum. Weſenb. *conſil. 198.*

Ius calcis fodiendæ an pertineat ad regalia. Weſenb. *conſ. 292.*

Egeſtas an excuſet non colentem partes ſuas metallicas. Schultes *qu. 30. lib. 1.*

Mineræ vel argentifodinæ repertæ in bonis feudalibus, an ſint Vaſalli vel domini. Quetta *conſ. 5.*

Venas metallicas ſeu Mineras ad inſtar theſauri eſſe, & inventoribus quæri. Cravett. *conſ. 209.*

De Metallifodinis, v. Paul. Matth. Wehner. *conſ. Franc. 88.*

An omnes metallifodinæ inter Regalia computentur. v. Rauchbar. *lib. 1 q. 22.*

An omnes lapicidinæ inter regalia computentur, & utrum Principi &c. regalia habenti, ex his vectigalis nomine aliquid debeatur, Rauchbar. *1. quæſt. 22.*

40. *Metus.*

De Metu, Caſp. Antonius Theſaur. *1. q. 51*

Metus cauſa quando quid dicatur factum, ut contractus reſcindatur. Theſaurus *1. q. 51.* Honded. *1. conſ. 29.* Maſtrill. *dec. 140.* Paul. Chriſtin. *vol. 2. dec. 114*

Quomodo probetur metus, Theſaur. *d. q. 51.* Honded. *1. conſ. 29.* Paul. Chriſtinæus *vol. 2. dec. 114.*

Quando præſumatur Chriſtinæus *2. dec. 114.* Gravetta *conſ. 49.*

Metus juſtus quis dicatur. Chriſtin. *2. dec. 114.*

Qualis metus in edictum, quod metus cauſa, veniat vel non. Chriſtin. *2. dec. 114.*

De actione quod metus cauſa. vid. *ſupra lit. A. Num. 77.*

Quæ & qualis actio ex eo quod metus cauſa geſtum eſt, naſcatur. Chriſtin. *2. dec. 114.*

An uxor reſtituatur adverſus cõ-

Digitized by Google

tractum metu mariti initum, præſertim quando poſtea intervenit præſentia Judicis & amicorum. Chriſtinæ. *2. dec. 115.*

Metus reverentialis an ad contractum reſcindendum, ſufficiat. Crav. *conſ 14.*

Metus à marito uxori illatus, an tertio, cum uxore contrahenti, & metum ignoranti præjudicet. Crav. *conſ 120.*

Minæ an & quatenus metum probent. Cravetta *conſ. 461.*

De confeſſione metus, & qui teſtes aliis præferantur. Cravetta *conſil. 516.*

De confeſſione metu tormentorum facta. v. *ſupra verb. confeſſio.*

In diſputatione, an vis vel metus contraria ſint voluntati, adhibetur diſtinctio integræ & remiſſæ voluntaris. Dn. Beſold. *in delibat. lib. 4. quaſtion. 4.*

Vt dolus; ſic & metus bonæ fidei contractui dans cauſam, vitiat eum ipſo jure. Dn. Beſold. *d. l. q. 5.*

An & quatenus metu vano damnum incurrenti ſuccurratur. Dn. Beſold *d. l. q. 6.*

Metu delinquens an & quando ordinaria afficiatur pœna vel non. Wittum *conſ. Crim. 4. n. 6. &c.*

Matrimonium an & quando metu contractum cenſeatur, metuq; contractum valeat vel non. Chriſtin. *vol. 1. dec. 335. v. infra verb. nuptiæ.*

41. Miltaria.

Qualiter miliaria Germanica ſint metienda. Cöpp. *dec. 10.* Schaffer. *1. quæſt. 24.*

42. Militia, Milites &c.

De Militibus, vid. Dn. D. Beſold. *tract. de arte, Iureque belli. cap. 2. &c.* Dn. Bocer. *de bello & Duell.* & *ſupra verb. Bellum.*

Miles in Jure noſtro quis cenſendus. Merenda *lib. 6. contr. c. 8.*

Militia an ſit dignitas, Dn. Bocer. *tract. de torturis c. 4. n. 61. & ſeqq.*

De militiæ ordinatione in genere: & in ſpecie de Militum conquiſitione. Dn. Bocer. *de bello c. 6.*

De militum delectu: & quidem de probatoria Militum. Dn. Bocer. *d. l. c. 7.*

De Sacramento Militari. Dn. Bocer. *c. 8*

De Cingulo militari. Dn. Bocer. *cap. 9.*

De militum in numeros relatione. Dn. Bocer. *cap. 10.*

De præceptis Militaribus. Dn. Bocer. *c. 11.*

De pœna Militibus delinquentib infligenda. Dn. Bocer. *d. l. c. 12.*

De adjumentorum exercitus adhibitione. Dn. Bocer. *d. l. c. 13.*

De privilegiis Militum in genere: & in

&in ſpecie de privilegiis, quæ perſonis Militum commodum afferunt. Dn. Bocer. *cap.* 16. Dan. Otto *de Iure publ. c.* 19. *ad fin. f.* 472.

De privilegiis Militum, quæ ad actiones & diſpoſitiones inter vivos pertinent. Dn. Bocer. *d. l. c.* 17.

Vtrum privilegia conceſſa militib. armatæ militiæ, extendantur ad milites Cœleſtes, ſacræ vel togatæ Militiæ. Cavall. *quæſt.* 319. Merenda *lib.* 6. *cap.* 8.

Privilegia militibus conceſſa, an ad milites noſtri temporis extendantur. Honded. 1. *conſil.* 83. Viv. *dec.* 491. Dn. Bocer. *h. cap.* 26. & *in tract. de torturis. cap.* 4. *num.* 66. & *ſeq.* Dn. Beſold. *de trib. domeſt. ſociet. ſpeciеb. f.* 104. *num.* 14.

Miles ubi conveniatur, & quis eodem jure gaudeat. Viv. *dec.* 254.

Quando Milites dicantur extare in exercitio belli. Maſtrill. *dec.* 73.

De privilegiis Militum teſtamentariis, quæ perſonas Militum teſtantium concernunt. Dn. Bocer. *d. l. cap.* 18.

De privilegiis militum teſtamentariis, quæ ſpectant ad perſonas hæredum. Dn. Bocer. *cap.* 19.

De privilegiis militum teſtamentariis, quæ pertinent ad res, in quibus hæredes inſtituuntur. Dn. Bocer. *cap.* 20.

De privilegiis militum teſtamentariis, quæ modum & formam inſtituendi hęredes ſpectant. D. Bocer. *d. l. cap.* 21.

De militum privilegiis teſtamentariis, quæ ad teſtes diſpoſitioni Teſtamentariæ adhibendos, pertinent. Dn. Bocer. *cap.* 22.

De teſtamentariis militum Privilegiis, quæ ad diſpoſitionis & actus teſtamentarii continuationem pertinent. Dn. Bocer. *cap.* 23.

De privilegiis militum teſtamentariis, quæ ad teſtamenti infirmationem pertinent. Dn. D. Bocer. *d. l. c.* 24.

De Privilegiis militum, quæ ad Codicillorum jus, & donationem mortis cauſa, tum etiam pactum de futura ſucceſſione reciprocum pertinent. D. Bocer. *c.* 25.

An militaris ordo literario præferendus. D. Beſold. *d. trib. domeſt. ſoc. ſpec. f.* 104. *ſub n.* 14.

An miles domeſticus vel extraneus magis optandus. D. Beſold. *de bello cap.* 2.

An peditatus equitatui præſtet. D. Beſold. *d. loc. de bell. f.* 37. *n.* 12.

43. *Milites S. Jacobi, Alcantaræ & Calatravæ &c. Equites Ordinis Teutonici.*

De hiſce, & an dicantur verè Religioſi, & gaudeant in delictis privilegio fori, v. Maſtrill. *dec.* 290.

Digitized by Google

Equites aut Milites Ordinis Teutonici ubi, & in quibus bonis parentum & proximorum ſuccedant vel non. Paul. Chriſtinæus *volum. 1. deciſion. 361.*

Miles ſeu Eques Hieroſolymitanus an ſuccedat in feudo. vid. Gaſp. Ant. Theſaur. *lib. 1. quæſt. 18. & infra verb. ſucceſſio feudi.*

44. *Minæ. vid.* diffidatio.

Vtrum verba illius, qui minatur vindictam, ſint accipienda in bonam partem, quando minatus mortuus reperitur. Cævall. *q. 642.*

Minæ ſolæ an faciant indicium ad torturam. Cravett. *conſ. 35.* Dn. Boc. *tract. de torturis. cap. 3. nu. 35. &c. f. 142.* Metzger *conſil. Crim. 1. n. 19. &c.* & *infra verb. tortura.*

Minæ ſolæ an faciant indicium ad alterius internecionem, Gilhauſ *in arb. Iud. Crimin. tit. 12. de homicidio. numer. 32.*

45. *Minor. Impubes &c.*

Vid. Ayrer. *in proceſſ. p. 1 cap. 7. obſerv. 1.* & *verb. reſtitutio in integrum.*

An actio cedi poſſit per minorem ſine tutoris vel Curatoris auctoritate Cævall. *q. 56.*

An impubes doli capax, ex Iuramento teneatur. Cævall. *q. 123.*

Proximus pubertati in qua ætate quis dicatur. Cævall *quæſt. 291.*

Minorem, cui Curator non eſt, ex contractu obligari, mobiliaq; ſine Decreto donare poſſe. Cravetta *conſil. 522.*

Minor, qui pro alio fidejubendo mediante Iuramento, ætatis minoris beneficio renunciavit, an ſi ſe læſum prætendat, abſolutio à Juramento concedenda, nec non læſione, ętateq; minore propoſita, à petitione abſolvi debeat. Cravetta *conſ. 613.*

Minori mediante juramento alienanti, an reſtitutionis beneficium, vel aliud remedium concedatur. Cravett. *conſ. 626.*

Minores quibus privilegiis gaudeant ratione minoris ætatis. Viv. *deciſion. 536.*

Sententia lata contra minorem, cujus Tutor habuerat terminos, quando ſit nulla. Maſtrill. *dec. 101.*

Minor an poſſit forjudicari. Maſtrill. *dec. 161.*

De his qui veniam ætatis impetrarunt, & an ac quando reſtitui poſſint. Chriſtinæus *2. dec. 132.*

Minor in contractu aſſerens ſe majorem cum juramento, & in fine contractus jurans omnia adimplere, an poſſit dicere poſtea contractum nullum, prætextu minoris ætatis. Quetta *conſ. 43. & ſeqq. tribus.*

An *l. ſi alterius. C. ſi min. ſe major. dix.* loquatur etiam in nullitate. Guetta *conſ. 48.*

Digitized by Google

Minor contrahens ſine ſolennitate ſtatuti, ſi factus major, an poſſit habere ratum, licet fuerit nullus ratione ſolennitatis non ſervatæ. Quetta *conſil. 53.*

Minor 25. annis an beneficio Eccleſiaſtico ſine Curatore renunciare poſſit. Cravett. *conſil. 90.*

De minore delictum confitente. D. Beſold *in delib. lib. 4. q. 15.*

Minor an & quando in delictis excuſetur vel mitius puniatur. Hartm. Piſtor. *obſervat. 58. & obſerv. 122.* Viv. *1. dec. 86.* Paul. Chriſtin. *vol. 1 dec. 221.* Teſſaurus *dec. Pedem 161.* Merenda *lib. 5. controv. cap. 15. & ſeq.* Metzg. *conſ. crimin. 7. & 15. nu. 33. & c. & 55. v. ſupr. v. impubes.*

An Iudex teneatur ob minorem ætatem, de neceſſitate mitigare pœnam, an vero reſideat in ejus arbitrio. Metzg. *d. conſ. crim. 15. num. 60. & c.*

Minorennitas quomodo probetur Ayrer. *in proceſſ. part. 1. cap. 7. obſervat. 1. ſ. 158.*

Quis probet, minorem excedere 20. annum vel non, ubi agitur de nullitate contractus. Surdus *deciſion. 75.*

Minor an ceſſante reſtitutione in integrum, ſuper nullitate contractus agere poſſit. Gail. *2. obſ. 65.*

Minor emens rem immobilem, cum pacto de retrovendendo ſine decreto, an obligetur Merend. *1. controv. cap. 49.*

An prædium juſto decreto alienatum & venditum à minore, jam majore revocetur. Treutler. *conſil. 112.*

Minor quando obligetur pro dote, &c. Surdus. *dec. 287.*

Minor cui ab uxore parva dos fuit conſtituta, an reſtitui poſſit in integrum. Merenda *lib. 2. cap. 47.*

Num beneficium reſtitutionis in integrum minoribus competat ex capite minorennitatis, propter augmẽtum dotis, ſororibus poſt tranſactionem à Tutoribus datæ. Treutler. *conſil. 37. & ſeq.*

Minor an & quatenus poſſit eſſe teſtis. Ayrer. *proc. part. 1. cap. 7. obſ. 1.*

Minor adverſus contumaciam reſtitutus in integrum, an expenſas contumaciales ſolvere teneatur. Teſſaurus *dec 9.*

Qua pœna poſſit Iudex minorem punire. Merend. *c. 17. lib. 5.*

An in atrociſſimis delictis ætas minor allegari poſſit ad minuendam pœnam: & an hæc allegatio poſſit ſuffragari in judicio, in quo ad intereſſe agitur. Merend. *c. 18. lib. 5.*

Minor ætas an ſufficiens ſit ad minuendam pœnam in delictis iteratis, læſæ majeſtatis, &c. nefandi, falſi, monetæ falſæ, raptus Merend. *5. c. 19.*

Iuramentum à minore præſtitum ſuper donatione, an propter enormem læſionẽ, nullũ cum ipſo contractu reddatur, ita ut donatio à donante majore facto, revocari poſſit. Teſſaur. *dec. 86.* adde Kellnbenz. *d. renunc. qu. 42 num. 11. & ſeqq.*

Qqq 3 Mi-

Minorum bona, *vid.* ſupra bona minorum.

46. Miſericordia.

Ad religionem cum proxime accedat pietas, erit boni Viri, h. e. Iudicis, pietatem cum ſumma miſericordia conjunctam ſuis Civibus præſtare. vid. Iacob. Omphal. *de uſurpat. Legum. lib. 2. cap. 13.*

Quæ pietatis cum humanitate & miſericordia conjunctæ partes eſſe debeant, & quam in iis majores noſtri ſecuti ſint rationem. Omphal. *d. loc. cap. 14.*

47. Miſſio in poſſeſſionem. *v.* ſupra Decretum primum & ſecundum.

An mittere in poſſeſſionem ex ſecundo Decreto ſit mixti imperij Ludovic. Gilhauſ. *in arb. Iudic. Civil. cap. 1. part. 1. de iuris dict. §. 4. num. 21. f. 35.*

An mittere in poſſeſſionem ex conſtitutione *l. fin C de Edict. D. Hadr. tollend.* ſit mixti imperij vel Iuriſdictionis. Gilhauſ. *d. loc. n. 22.*

Moderamen inculpatæ tutelæ. *vid.* ſupra verb. defenſio.

48. Modus.

De modo, vid. Iacob. Omphal. *de uſurpat Legum. cap. 20. lib. 1.*

Quod ſub modo debetur, cautione de modo implendo præſtitâ, peti poſſe. Cravetta *conſil. 614.*

49. Molendina.

De jure molarum v. Baptiſt Cæſ. *in conſil. illuſtr. conſ. 3. p. 1. & conſ. 55. p. 1. & conſ. 75. & conſ. 81.* M. Weſenb. *conſil. 34 & conſ. 197.*

Civibus utrum prohiberi poſſit, ne molendinis extra Civitatem ſitis utâtur, vel ad cauponas alibi exiſtentes accedant. Hartm. Piſtor. *obſ. 200.* Cöpp. *dec. 19.*

An molendinum quis ædificare poſſit abſq; ſuperioris licentia. Cöp. *dec. 20.*

Molam publico in loco extruere, an ſit licitum. D. Bocer. *de regal. c. 2. num. 16. & ſeqq.* Otto *de iure publico c. 11. m. ſ. 293.*

Molendinum ſi quiſquam in publico flumine habeat, an quiſquam alius ſupra vel infra molendinum illud, ſimiliter ex Principis permiſſu ædificare ſibi molam poſſit, invito domino alterius molendini. D. Bocer. *d. l. n. 167.* Otto *d. loc. & ſ.*

Qui ex Principis voluntate publico in flumine molam ædificare cœpit, etiam

etiam antequàm abſolverit ædificationem illam, poteſt alium propinquo in loco ejuſdem fluminis molam conſtruere volentem, ab ejus inſtituto prohibere. Dn. D. Bocer. *d. l. numer. 168.*

Si quiſpiam in privato ſuo aut publico flumine molam habeat ſolus, eamque cum anteceſſoribus ſuis ultra hominum memoriam quietè poſſideat, an alius vicino quodam in flumine ſuo privato molam, invito antiquæ illius molæ domino, ædificare poſſit. D. Bocer. *d. l. n. 169 & ſeqq.* Dn. D. Beſold. *tract. de Iure Rerum. &c. f. 11. num. 2.*

Si incolæ pagi cujuſdam tempore longiſſimo uſi ſunt molâ ſui domini, cujus Jurisdictioni ſubditi ſunt, an illo molendino relicto, ad aliam poſtea priorem molam frumentum ſuum transferre poſſint invito domino ſuo D. Bocer. *d. l. n. 174. &c* Otto *d. cap. 1. fol. 294.*

An novum molendinum invitis vicinis ædificare liceat. Matth. Weſenb. *conſ. 67.*

Molendinorum ſuperiorum ac inferiorum dominis contendentibus ob aquarum retentionem vel immiſſionem, quid Juris? Raudens. *deciſion. 9.*

Molendina pneumatica, alata, ventoſa, ſeu quæ à vento agitantur, vulgo Windmühlen/ an habenda pro re feudali, ſi fuerint in fundo feudali extructa, an verò pro allodiali. & ſic an mobilibus vel immobilib. accenſeantur. Schæffer. *3. q. 89.*

De molendini ædificatione. Crav. *conſ. 530.*

Si dominus cujuſdam molæ ſubditis ſuis ſeriò mandet, ut ad ejus ſolùm non aliam molam frumentum adferant conterendum, atque ipſi ſubditi huic præcepto & prohibitioni pareant, an ex tempore Mandati & prohibitionis illius, præſcriptio longi vel longiſſimi temporis ipſi domino, ejuſque ſucceſſoribus jus aliquod requirat. D. Bocer. *d. cap. 2. numer. 180. & ſeqq.*

Poſſeſſor molendini, qui ſolet mittere equos cum vehiculo in proximâ Civitatem vel pagum ad frumentum advehendum in ſuam molam, an prohiberi poſſit ab hoc actu per molitores Civitatis aut pagi illius. Dn. Boc. *d. l. n. 182. &c.*

An is, qui habet in ſuperiori parte fluminis molam tempore ſocietatis æſtivæ, invito illo, qui in inferiori parte molam habet, aquam fluminis poſſit colligere, & reſtagnare, daß Waſſer ſchützen/ ut mola ipſius fortius molat. Otto *d. c. 11. f. 294.*

An molendinum ratione ſervitiorum, & quod reperitur regiſtratum in libro aliorum bonorum feudalium, concurrente inſuper longi temporis præſcriptione, magis feudale quàm allodiale eſſe, præſumatur. Treutler. *conſil. 74.*

Furnorum & molendinorum con-

ſtru-

ſtructionem an Vaſallus ſubditis ſuis in feudo prohibere poſſit. Teſſaurus *dec.* 16.

50. Monachi. Monaſterium, Sacerdotes, Dominicani &c. Moniales. vid. ſupr. verb. Clericus &c.

Monarchi diſſoluto Collegio ipſorum, an reditus Monaſterii inter ſe dividere & deſuper contrahere poſſint. H. Piſtor. *obſ.* 29.

Vtrum monaſterium habeatur loco filii vel loco heredis. Cævall. *q.* 192.

Vtrum monaſterium excludat ſubſtitutum ex illis verbis, *ſi ſine liberis ex ſuo corpore natis deceſſerit.* Cævall. *q.* 193.

Vtrum monachus poſſit præfici Eccleſiæ Curatæ vel Collegiatæ ſine diſpenſatione. Cævall. *q.* 281.

Vtrum hereditas relicta monacho, ſine aliqua aditione acquiratur Monaſterio. Cævall. *q.* 341.

Vtrum Patre profeſſo, teneatur Monaſterium filiis monachi legitimam in bonis ſuis reſervare. Cævall. *quæſt.* 342.

Vtrum Monachus jam profeſſus, poſſit à ſe teſtamentum factum ante profeſſionem, revocare. Cævall. *q.* 806.

Bona ingreſſi monaſterium, an & quando Monaſtrio acquirãtur. Honded. *1. conſ.* 94.

Quomodo probetur profeſſio. Honded. *d. l.*

Bona oblati ingreſſi Monachi &c. quibus caſib. acquirantur Monaſterio, vel ſint reſtituenda, præſertim ſi ille nõ ſuſcepit habitum, vel deceſſerit ante profeſſionẽ. Ibiq; declaratur, qui ſint oblati vel converſi, quomodo ſit emittenda profeſſio ut obliget. Honded. *1. conſ.* 73.

Sorores S. Claræ an ſint capaces bonorum in communi, & ſuccedere valeant: ubi agitur de capacitare vel incapacitate Regularium acquirendi & poſſidendi bona. Honded. *2. conſil.* 76.

Profeſſio expreſſa ſeu tacita, an, quando & per quos emitti poſſit, emiſſa probetur, ſeu præſumatur, aut obliget profitentem vel non. Hond. *2. conſ.* 78.

De bonis & hæreditate ejus, qui primum Religioſus ordinis Dominicani, deinde Epiſcopus fuit. Robert. *rer. jud. lib.* 4. *c.* 8.

An bona Monialis poſt aſſumptum ordinem, matrimonium contrahentis, confiſcentur, vel ad quem ſpectẽt. Abel Strasburg. *conſil.* 10.

Monachi an peculium habere poſſint. Vran. *tom.* 3. *de miſſ. in bon. poſſ. conſ. un.*

De Sacerdotum vita, functionib, immunitate &c. Omphal. *de uſurpat, Legum. lib.* 3. *cap.* 11.

51 Monarchia.

De Monarchia, vid. omnino Dn. Beſold.

Beſold. *tract. ſingul.* Carpzov. *Capit. Cæſar. cap 13.*

Monarchiæ vocabulum quot modis accipiatur Carpzov. *Capitul.cap.13. n.6. &c.*

Quid proprie & politicè denotet. Carpzov.*d.l.n. 9.&c.*

An Quatuor fuerint Monarchiæ D. Beſold. *de Majeſt. f.35.. n. 6.&c.*

De variis Monarcharum nominib. Dyarchia, Triarchia & de Imperio Regis ac Reginæ unito. D. Beſold. *d. Monarch. c.3. f. 7. & multis ſeqq.*

De Regno pleno, ejuſque exemptis. D. Beſold. *d. diſc. c.4. f.15.*

De Monarchiá dominica, ejuſque exemplis. Dn. D. Beſold. *f. 24. &c. cap 5.*

An Monarchia ſit optimus ſtatus. Dn. Beſold. *de Monarch. diſcur. 4. de Rerump. inter ſe comparatione. cap. 1 f. 217.&c* Otto. *de jur. publ. cap. 7. f. m. 92. &c.* Prætorius *in cent. canon. politic. diſp. 2. can.5.*

An Imperium Romano-Germanicum ſit Monarchium. vid. *ſupra verb. Imperator. Imperium.*

Monarchia eſt individua. Prætor. *d. diſp. 2. can. 6.*

52. *Moneta.*

De Monetis, v. Dn. D. Beſold. *tract. de Iuribus Majeſtat. f. 200. num. 5. &c. & in tract. de ærario c. 6.*

Sub appellatione Schock / Goldgulden und Groſchen in contractibus vel alia diſpoſitione, quæ ſpecies monetę comprehendatur. Copp. *deciſion. 26.*

De æſtimatione pecuniæ pro moram &c. v. *infr. v. Mora.*

De æſtimatione ad tempus interitus referenda Kohl *exerc. 16.*

De tempore quod eſt à condemnatione uſque ad executionem, quoad æſtimationem attendendo. Kohl *exerc. 17.*

De monetarum bonitate intrinſeca ex tempore contractæ obligationis æſtimanda. Kohl *exerc. 18.*

De mutatione valoris nummorum extrinſeci ante moram non attendenda, Kohl. *exerc. 19.*

Monetam falſam cudens aut retinens ſeu expendens, quâ pœna puniatur. Honded. *2. conſil. 92.* Petr. Weſenb. *conſil. 45.* Conſil. Altorff. *conſil. 76.* Prętor. *in cent. canon. politicorum. diſp. 3. can. 22.* Gilhauſ. *in arb iudic. Crimin. cap. 2. tit. 26. num. 27. &c.*

An & quando excuſetur. Honded. *d. conſil. 92.*

Quid ſi non eſt falſa, ſed reprobata, Hond. *d conſil. 92.*

Vid. Bapt. Cæſar. *in illuſtr. conſil. 24. p. 1.* Die Hanawiſche Freyheit zu Müntzen betreffend.

De numorum varia æſtimatione, v. Robert. *rer. jud. lib. 1. cap. 16.*

An Civitas, cui conceſſa eſt poteſtas animadvertendi in eos, qui merces

Digitized by Google

ces reprobas vendunt, poſſit mulctam irrogare vendentibus aurum vel argentum adulterinum, an verò id potius ad ſuperiorem pertineat. Thoming. *vol. 1. conſil. 24. q. 6.*

De pœna vendentium aurum vel argentum adulterinum. Thoming. *1. conſil. 24. q. 7.*

De mutatione pecuniæ ſive monetæ. vid. Reuſner. *2. conſil. 13.* Dn. D. Beſold. *de Iurib. Majeſtat. fol. 201. & ſeq. num. 7. & in tract. de ærar. c. 6. fol. 198. & ſeqq.*

De jure monetæ cudendę publico, non privato. Reuſner. *vol. 3. conſ. 7.*

Monetæ mutatio quibus noceat. Cravetta *conſil. 836 & conſil. 887.*

Valore monetæ mutato, in qua moneta ſolutio facienda, vel an tempus contractus vel ſolutionis inſpiciendum? vide *infra verb. ſolutio.* & Cravettam *conſil. 833. & 887.* Petr. Weſenb. *conſil. 38.* Mynſinger *cent. 4. obſ. 1.* Wehner. *in obſ. pract.* verb. Goldgülden.

In moneta ſi fiat mentio von guten Gülden, intelligitur de uſualibus, ſin verò de ponderalibus, von vollwichtigen Gülden, tunc de aureis intelligitur. Mynſinger. *cent. 1. obſ. 65.* Wehner. *in obſ. pract verb.* Goldgülden.

Cura monetę ad Imperatorē ſpectat. Carpzov *in Capitulat. c. 8. num. 13.* Dn. D. Beſold. *de Iurib. Majeſtat. fol. 201. num. 6.*

De pœna illorum, qui abſque authoritate ſummi principis monetam cudunt. Dn D. Beſold. *d. tract. fol. 202. num. 8.*

An in retractu, retrahens eodem numorum genere vel alia Moneta retrahere poſſit. Wehner. v. Goldgülden. *f. 254. §. an in retractu.*

De augmento monetæ. Teſſaurus. *dec. 174.*

An princeps poſſit habere lucrum ex Moneta, conſtituendo majorem ejus valorem, quàm revera materia valet. D. Beſold. *d. ærar. f. 200. &c.*

Pretio ſimpliciter convento, quæ moneta intelligatur. Mynſinger. *4. obſervat. 15.*

Ius cudendi monetam tam privilegio quàm conſuetudine acquiritur. Mynſ. *4. obſ. 24.*

Imperator abſque cauſa juſtam monetam mutare an poſſit. Carpzov. *Capitul. c. 8. num. 14.* Prætor. *in cent. can. pol. diſp. 3. can. 21.*

Imperator incommoda ex monetis orta, tollere debet. Carpzov. *in Capitul. Cæſar. d. cap. 8. n 15.*

De novo jus monetandi abſque Electorum conſenſu an Imperator concedere poſſit. Carpzov. *in Capitulat. c. 8. n. ult.*

Ius circa Monetā Regalibus annumeratur. Prætorius *in cent. can. polit. diſp. 3. can. 19.*

Quæ ad probam monetam ſint neceſſaria. Prætorius. *d. l. can. 20.*

B. *Mo-*

Digitized by Google

53. *Monopolia.*

De Monopoliis & conventu negotiatorum illicito, vid. Paul. Chriſtinæum. *dec. Belg. vel. 3. dec. 94.* Dn. D. Beſold. *tract. de vita & mortis conſiderat, cap 2.*

An Reſpublica rerum venalium Monopolia facere debeat. (Saltzkauff/Weinkeller / Kupffer vnnd Eyſenhämmer) Dn. D. Beſold. *tract. de Ærario. cap. 3. n. 6. f. 57. &c.*

54. *Monſtrum.*

De partu monſtroſo. Dn. Beſold. *in præcogn. pandect. ad tit. 5. & 6. lib. 1. quæſt. 20.*

Monſtrum an hominis appellatione veniat. Gœddæus *ad l. 38. ff. d. V. Signif.*

Partum monſtroſum occidens, an teneatur pœnâ ordinaria homicidij. *v. ſupra verb. homicidium.*

Monſtrum an ſit alendum. Dn. D. Beſold. *de tribus domeſtic. ſocietat. ſpecieb. f. 19. n. 2.*

55. *Mora. vid.* verb. ſolutio & verb. Dos.

De mora, vid. Gœddæ. *ad l. 12. § 1. ff. d. V. ſign.*

Moræ purgatio quatenus poſt lapſum termini præfiniti, admittatur. H. Piſtor, *obſ. 222.*

De mora commiſſa lapſu temporis obligatione comprehenſi, & æſtimatione ad ipſum referenda. Kohl. *exerc. 12.*

De mora per interpellationem extrajudicialem inducta & æſtimatione ad tempus illius reducenda. Kohl. *exerc. 13.*

De mora per litis conteſtationem contracta, & æſtimatione ad tempus ejuſdem referenda. Kohl. *exerc. 14.*

De moræ purgatione, & æſtimatione poſt eam non ulterius attendenda. Kohl. *exerc. 15.*

Præceptum Iudicis debitori de non exſolvendo factum, an eum à mora, uſuris, &c. excuſet. Berlich. *deciſion. 25.*

Vtrum difficultas excuſet à mora. Cævall. *q. 473.*

Vtrum ſtante Clauſula, rato manente pacto, impediatur moræ purgatio. Cævall. *quæſt. 848.*

Mora quando contrahatur favore minoris, aut alterius creditoris. Honded. *2. conſ 38.*

Ex quibus mora ceſſet. Honded. *d. conſil. 38.*

Mora quomodo probetur. Hond. *2. conſil. 39.*

Quomodo & quibus in caſibus contrahatur mora re ipſa. Honded. *d. conſil. 39.* Eberhard. Speckhan. *cent. 2. Claſſ. 2. q. 16.*

De damnis ex mora debitoris pullulantibus. Weſenb, *conſil. 290.*

Dies pro homine interpellat, qua

elapſâ, debitor in mora conſtituitur. Viv. *dec.442.* Mynſinger *centur.3.obſervat.95.*

Periculum interitus alicujus ſpeciei, an & quando ſpectet ad debitorem. Paul. Chriſtinæus *vol. 1. dec.170.* Gæddæ. *adl. 11. §.1.n.9.ff. de Verb.ſign.*

Mora an ſine interpellatione committatur. Cravetta *conſil.64.*

Mora ex implemento alterius partis quando contrahatur. Cravetta *conſil.256.*

Quod in dubio mora commiſſa non intelligatur. Cravetta *conſil 609.*

Moram debitor, qui tali die in tali loco ſolvere promiſit, quatenus committere dicatur. Cravetta *conſil.648.*

In mora eſſe quis dicatur. Gail. *1 ob. 24. n. 3.* Gæddeus *ad l. 12. § 1. n. 6. & ſeq.*

Reg. Mora ſua cuilibet eſt nociva, an & quando procedat. Dyn. *ad reg. mora 25. de R. I. in 6.*

Quot modis & in quib. caſ. mora nocere poſſit. v. Dyn. *d. loc. in pr. &c.*

Mora purgatur, etiamſi adjecta ſit dies & pœna, ſi in continenti id fiat. Teſſaurus *dec 77.*

Moræ purgatio quando admittatur vel non. Teſſaur. *dec.212.* Gœdd. *d l 12. §. 1. n. 10. &c. d. V S.*

Conjunctus an & quando pro cõjuncto conſtituat debitorem in morâ Surd. *dec.215 & dec.240. dec.241.*

Quid operetur mora. Gœdd. *d. §. 1. num.8. &c.*

56. Morgengab.

D Morganatica donatione, v. Dn. Bocer. *in tract. de donat. cap. 9.*

Vxor ante maritum decedens, an tranſmittat ad proximam cognatam ea, quæ ſponſus primo nuptiarum die ipſi dono dare ſolet. H. Piſtor. *1. quæſt 44.*

57. Mors. Moribundus.

Vtrum mors Civilis æquiparetur naturali, vel eoſdem effectus habeat. Cævall. *q. 63* Honded. *1. conſ. 62.* Robert. *rer jud. lib. 4. c. 16.*

Quomodo probetur mors alicujus, vid. Fr. Viv. *dec. 243.* Lanfr. *in pract. tit. de teſtibus. num. 101.* Mart. Vran. *in lecturis. ad cap. tàm literis. nu. 22. &c. de teſtib. f. m. 236.*

Mors illius, qui in bellum eſt profectus, vel aliàs diu abfuit, an per unum teſtem probetur. Scheffer. *3. qu. 29.*

Alienatio à filioſam. facta, qui ab omnibus pro patre familias habebatur, patre reverſo, quem jam uxor, liberi, propinqui luxerant, an revocari debeat. Cravetta *conſ.758.*

Mors quando loco Iuramenti habeatur. Gail. *lib.2. obſ. 43.*

Moribundis an & quatenus credendum. Godelm. *de Magis &c lib. 3. cap. 9. num. 25. &c.*

Regula, quod nemo præſumatur imme-

immemor ſalutis æternæ, an & quatenus procedat. D. Bocer. *tract. de torturis. cap. 3. fol. 161. §. ſed argumentum.*

58. Mußtheil.

Vid. Berlich. *3. concluſ. 28. & concluſ. 48.*

Iure eſculentorum & poculentorum, ſeu commeſtibilium num viduæ quid debeatur ex iis frugibus, quæ tempore mortis Mariti in agris reperiuntur, ante diem autem 30. horreis conduntur. Berlich. *3. concluſ. 47.*

Quid illorum nomine veniat Berlich. *3. concl. 48.*

Iure eſculentorum &c. quid viduę debeatur & num indiſtinctè dimidia pars omniū quæ poſt 30. diem à morte defuncti ſuperſunt, etiamſi non pro neceſſitate unius anni, ſed plurium ſufficiant. Berlich. *3. concl. 49.*

59. *Mulcta, pœna,* Freveln.

De Mulcta, vid. Matth. Weſenb. *conſ. 269.*

De pœnis & mulctis ex maleficiis, vid. Peregrin. *de Iure Fiſci lib. 4. tit. 1. & infra verb. pœna.*

De jure mulctandi. Nicol. Everk. Iun. *1. conſ. 17.*

Quomodo mulcta à pœna differat. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. volum. 2. deciſ. 84.*

Quodque ea Regi vel Principi, non Iudici acquiratur. Chriſtinæ. *2. deciſ. 85.*

Et quod paupertas quandoque ſit cauſa remiſſionis mulctæ & tributi. Chriſtinæ. *2. dec 85.*

Mulctam indicere, an ſit merum imperii. Gilhauſ. *in arb. Iudic. Civil. cap. 1. part. 1 §. 3. n. 101. & ſeqq.*

Et quibus Ius mulctandi competat, Peregrinus *de Iure Fiſci lib. 4. tit. 8. num. 2. &c.*

Pœnæ an indifferenter Fiſco applicentur, an verò etiam privato. Peregrinus *d. tit. n. 3. & ſeqq.*

Cùm pœna fiſco applicatur pro aliquo delicto privato, quo caſu judicium eſt criminale, an quilibet de populo admittatur ad accuſandum, ita ut pœnam pro eo crimine privato Fiſcus habeat. Peregrinus *d. tit. 8. numer. 10.*

Verùm a. in pœnis exigendis & mulctis, Fiſcus habeat aliquod privilegium adverſus Creditores condemnati. Peregrinus *d. loc. n. 11.*

An Civitas, cui conceſſa eſt poteſtas animadvertendi in eos, qui merces reprobas vendunt: poſſit mulctam irrogare vendentibus aurum vel argentum adulterinum, an verò id potius ad ſuperiorem pertineat. Thoming. *vol. 1. conſil. 24. q. 6.*

Quatenus mulctandi poteſtas cō-

petat magiſtrati municipali. Thoming. *1.conſ.24.q.7.* Dn. Bocer. *de regal. cap.3.n.12.*

Mulctam dicendi jus an habeant judices delegati. Dn. Bocer. *d.l.n.13.*

Commiſſarius examinandis teſtibus deputatus, contumaci teſti an mulctam imponere poſſit. Dn. Bocer. *d.l.n.14.&c.*

In fiſci præjudicium an 20. annis præſcribi poſſit pœnis pecuniariis ac mulctis. Dn. Bocer. *d.l.n.23.& ſeq.*

Confirmatio ſtatutorum à Principe facta, an impediat ea deſuetudine Civium abrogari. Schultes. *quæſt. 2. lib. 1.*

An ſtatuta ſubditorum obligẽt uxorem domini. Schultes. *quæſtion. 3. lib.1.*

Publicatio conſtitutionis facta in uno loco, an liget in alio. Chriſtinæ. *lib 1.dec.13.*

Civitates vel aliæ communitates, an & quatenus ſtatuta condere poſſint, ſine conſenſu ſuperioris, præſertim ſi limitatam ſaltem poteſtatem condendi ſtatuta habeant. Thoming. *vol.1.conſ.24.q.5.*

In materia ſtatutorum. v. G. Everh. *2.conſ.14.*

Statutum loquens de venditione, an habeat locum in datione in ſolutũ, Quetta *conſil. 51* vid. *ſupra datio in ſolutum.*

Statutum loquens de ſorore in materia ſucceſſionis, an habeat locum in nepte ex fratre Quetta *conſ 82.*

Statutum loquens in perſonam, non comprehendere foreníem, etiam pro bonis in territorio ſtatuentium ſitis. Cravetta *conſ 271.*

In ſtatutis interpretationem ſtrictè & ad unguem eſſe faciendam, an & quatenus procedat? Cravetta *conſil.345.* Wehner. *conſ. Franc. 7.* Iacob. Omph. *de uſurp. Legum. lib. 3. cap. 25.* adde Merendam *lib. 2. controv. cap. 10. & 11.*

Qualitatem ſtatuti, ſemper eſſe probandam. Cravetta *conſ 486.*

Statutum, quo cavetur, ne ultra certam ſummam uxoribus relinquere liceat, an ad voluntatem ultimam tantum, an verò ad actus quoque inter vivos pertineat. Cravetta *conſil.724.*

Diſpenſatio circa ſtatutum, quo bonorum ſuorum certam tantum partem uxori maritus relinquere poteſt, an ad bona fideicommiſſo ſuppoſita pertineat. Cravetta *conſ.737.*

Statutum, quo uxorem inſtituere, aut ei relinquere maritus prohibetur, an ad uxorem trahatur, ut marito & ipſa relinquere nil poſſit. Cravetta *conſ. 794.*

Statutum ad bona, quæ extra territorium ſtatuentium ſunt, non extendendum. Cravetta *conſ. 799.*

An

Digitized by Google

An ſtatutum, quod mortuo uno ex fratribus uterinis, ſuperſtes ſuccedat excluſâ matre, operetur & mortua nepte ex filia, adverſus avum. Schæffer. *1.q 16.*

An vidua nobilis ſuccedere poſſit ſecundum ſtatutum loci, in quo degit, non obſtante, quod Iurisdictioni ſtatuentium, ſubjecta non ſit. Schæffer. *1. q. 39.*

An Vxores Clericorum ſecundum ſtatuta & conſuetudinem loci ſuccedant. M. Piſt. *q. 41.*

An ſtatuta uſu recepta eſſe præſumantur. Schultes *2.q.69.*

Statutum prohibens venditionem frumenti ultra certum pretium, an procedat in vendente farinam. Maſtrill. *dec.139*

Statutum puniens abſcinden em membrum, an procedat in abſcendēte digitum. Maſtrill. *dec. 168.*

Statutum ſi duplicem pœnam imponat, & Iudex ad unam tantum reum condemnarit, an ad alteram etiam condemnaſſe dicatur. Maſtrill. *dec. 271.*

An ſtatuta trahantur ad præterita. Chriſtin. *vol. 1. dec. 85.*

An ſtatuta quoad jura ſucceſſionum ab inteſtato, realia ſint, perſonalia vel mixta. Chriſtin. *2. dec 59.*

An leges & ſtatuta ligent ignorantes. Chriſtin. *2. dec. 62.* Vran. *in lecturis. ad tit. de Conſtitut. m. ſol. 7. num. 3. & ſeqq.*

An ceſſet obligatio legis propter pœnam ſubjectam. Chriſtinæ. *2. deciſion. 62.*

De ſtatuto contra libertatem Eccleſiaſticam. Georg. Everh. *vol. 1. conſil. 5.*

Statuendi poteſtatem, quoad pœnam, populus, cui Iurisdictio non eſt, an habeat, Cravetta *conſil. 811.*

Extenſio in ſtatutis ex identitate rationis an permittatur. Cravett. *conſil. 810.*

Statutum, quod conſilium propinquorum aut vicinorum in contractibus deſiderat, an ad contractus juratos pertineat. Cravetta *conſ. 852.*

Statutum an valeat, quoad irritum Iuramenti vis in donatione minorum deducitur, in quibus adhibita forma non eſt, quam ſtatutum ipſum præſcribit. Cravetta *conſ. 902.*

Statutum, quo ſubdito ex parte tertia totius hæreditatis, & onere quocunque legatorum deducto, loci dominus ſuccedit, utrum ad nomina debitorum pertineat, quæ extra territorium contracta ſunt, & ſolutio extra territorium facienda erat. Cravetta *conſ. 934.*

Statuto cavetur, quod interfectores vel conſcii mortis alicujus, tam ipſi, quàm eorum deſcendentes ab omni ſucceſſione interfecti perpetuò excludantur; Quæritur, uxore à Marito interempta utrum ad liberos communes excluſio pertineat, an ad eos tantum reſtringatur, qui ex occiſa non-

non deſcendunt. Cravetta *conſil.942.*

An incolis privilegiatis, ſecundum jus loci, ubi habitant, ſuccedatur. Dn. Beſold *in præcogn. pand. de l. & l. in l.9. quæſt. 6.*

An ſtatutum de ſucceſſione inteſtati diſponens, vim ſuam exerat ultra limites territorii ſui. Dn. Beſold. *d. l. quæſt. 7.*

An ſuper his, quæ à Iure Naturali vel Gentium diſpoſita ſunt, ſtatuta fieri poſſint. Omphal. *de uſurpat. Legum. 3. c. 26.*

Statutum de juribus non acquirentibus an liget forenſem. Surd. *dec. 197.*

Statutū ut rectè conditum dicatur, quæ requirantur: & quando publicatum dicatur. Teſſaurus *dec. 249.* Omphal. *3. c. 25*

Statuta laicorum an ligent Clericos. Gail. *2. obſ. 32.*

Statutorum interpretatio quomodo facienda. Gail. *2. obſ. 33.*

Statuto de lucro dotis diſponente, an mulier teſtari poſſit, & an ad forenſes illud extendatur. Teſſaurus *deciſ. 106.*

52. *Stellionatus Crimen.*

Paul. Chriſtinæus *dec. Belg. volum. 4. dec. 201.*

Stellionatus judicium famoſum non eſt, ſed coërcitionem extraordinariam habet. Dn. Beſold. *in delib. lib. 3. qu. 6.*

Vt ſtellionatus judicium pro cauſæ diverſitate eſt famoſum, ſic etiam relegatio & publica cuſtodia, non aliter, quàm ſi cauſa famoſa ſit, infamant. Dn. Beſold. *d. l. q. 7.*

53. *Sterilitas.*

De ſterilitate anni: & quando veniat facienda remiſſio penſionum propter ſterilitatem. vid. Franciſc. Vivium *dec. Neapolit. 72. & dec. 264. ac ſupra verb. remiſſio penſionum &c.*

Quando dicatur ſterilitas exiſtere. Pantſchm. *lib. 2. q. 1.*

54. *Stigma.*

Pœna ſtigmatis in hominis facie, an ſit licita. Mynſing. *2. ob. 46.*

55. *Stipulatio.*

De ſtipulationibus. v. Paul. Chriſtinæus *dec. Belg. vol. 4. dec. 176. & ſupra verb. Notarius.*

An liceat ſtipulari. Surd. *dec. 131.*

Alterius nomine an quis rectè ſtipuletur. H. Piſtor. *obſ. 1.*

Tertio ſtipulari non licere, quomodo intelligatur. v. Conſil. Altorff. *conſ. 114. §. ad ſecundam. f. m. 766.*

Ex ſtipulatione alteri facta, an & quatenus tertio quæratur actio, in

Rrrr cau-

Digitized by Google

cauſis, præſertim mercatorum. H. Piſtor. *obſ. 20.* Thoming. *dec. 3.*

Stipulatio abſque alterius adminiculo ſubſiſtit. Cöpp. *2. obſ. 22.*

Qui ſtipulari poſſint. Cöppen. *2. obſ. 23.*

Quæ res in ſtipulationem deduci poſſint. Cöpp, *2 obſ 23.*

De effectu ſtipulationis. Cöppen *d. obſ. 23.*

Duo rei debendi tenentur in ſolidum. Cöpp. *2. obſ. 24.*

Promittens ſe curaturum, quod alius dabit vel faciet, an & quatenus teneatur. Cöpp. *2. obſ. 25.*

An ſi verbum dabo inſertum ſit obligationi, ſtipulationem importet. M. Piſtor. *q. 49.*

Stipulans heredibus ſuis, an videatur vocare nepotes ex filio præ defuncto una cum filio ſuperſtite. Mod. Piſtor. *q. 166.*

Vtrum ratihabitio ſit neceſſaria, ut abſenti utilis actio acquiratur per tabellionem. Cævall. *q. 54.*

Verbum promitto, quibus in caſibus importet ſtipulationem ſaltem Notarii Honded. *2. conſ. 25.*

Stipulatio an habeatur pro appoſita, vel apponi poſſit à Notario in Inſtrumento. Surdus *dec. 223.*

Abſenti quod Ius acquiratur ex ſtipulatione Notarii vel ob juramentum, vel aliter, & ſi ante ratificationem res in alium transferatur, an agi poſſit contra poſſeſſorem. Honded. *d. conſil. 25.*

Stipulationis requiſita. Vivius *deciſ. 278.*

Stipulatio à Patre facta pro ſe & filiis, an intelligatur concepta pro filiis uti ſuis, an uti hæredibus. Maſtrill. *dec. 301.* Surd. *dec 321.*

Stipulatum à Patre pro ſe & filiis quando Pater alienare poſſit, in præjudicium filiorum. Surd. *dec. 324.*

De inutilibus ſtipulationib. Chriſtinæus *4. dec. 177.*

De duobus reis ſtipulandi & promittendi. Chriſtin. *4. dec. 178.*

Conjunctum pro cõjuncto, quem quis in poteſtate non habet, inutiliter ſtipulari. Cravetta *conſ. 531.*

Stipulatione Notarij abſenti jus citra revocandi diſcrimen acquiri. Cravetta *conſ 135. 252. & conſ. 915.*

56. *Stratagemata.*

Stratagemata an licita ſint. vid. Dn. Beſold. *tract. de arte lureq; belli fol. 90. num. 10. &c.*

57. *Studioſi. Privilegia*

Studioſorum. v. ſupra verb. Doctor.

De Studiis literarum, vid Dn. Beſold. *tract. de Educat. ſtud. lit. &c. fol. 21. &c.*

De Studioſis, vid. Dn. Beſold. *tract. de Iure Academiarum. cap. 5. fol. 215. &c.*

Vnde ritus inaugurationum ſcholaſti

laſticarum originem habuerint. Heig. *2.qu.11.*

De privilegiis Studioſorum, v. Dn. Beſold. *d.tract.de Iure Academ.d.cap.5.*

Privilegium ex *auth.habita.* an etiam in cauſis Criminalibus locum habeat. Heig. *d.q.11.**

Scholares quando & quibus modis ſuis privilegiis privandi ſint. Paul. Chriſtinæus *vol. 2. dec. 10.* Eberhard. Speckhan. *cent.2.Claſſ.1.q.15.*

De foro competente & muneribus Profeſſorum & ſcholarium publicæ univerſitatis. Weſenb. *conſ.60.*

Quæ ſit optima cautela, retinendi filium ſtudentem in officio, & à luxuriâ, & inhoneſta vita, avocandi. Speckhan. *cent.1.q.17.*

Quæ ſint præcipua & potiora Studioſorum privilegia circa contractus, & alios actus extrajudiciales. Speckh. *cent.2.Cl.1.q.11.*

An ob delictum alibi commiſſum Studioſi perdant privilegium fori, cujus vigore coram Rectore, Cancellario &c. conveniri poſſint, ut ita à Iudice locum Criminis puniri queant, an verò ad Rectorem remittendi. Gilhauſ. *A lud.Civ.part.2.cap.1.§.3.Civ.fol. 64.n.8.*

An Studioſus ob commiſſum furtum, ſit ſuſpendendus. vid. *Conſil.Caſtritianum.*

Quæ ſint præcipua & potiora Studioſorum privilegia circa ſucceſſiones ex teſtamento: ab inteſtato, & his annexa. Speckhan. *cent.2.Cl.1.q.12.*

Quæ ſint præcipua & potiora Studioſorum privilegia circa delicta. Speckhan. *cent.2.Claſſ.1.q.13.*

Quæ ſint præcipua privilegia Studioſorũ circa actus Iudiciales. Speckhan. *cent.2.Cl.1.q.14.*

58. *Stuprum.*

De Stupro, vid. Cöppen. *2.obſerv. 126.* Gilhauſ. *in arb.Iudic. Crim. cap.2. tit. 21.*

Stuprum quod propriè dicatur vel quando committatur. Viv. *dec.297.* Wehner. *conſ Francon.107.*

Quis ſit Iudex competens in cauſa ſtupri. Teſſaurus *dec. Pedemont. 148. n.4. &c.*

De pœna ſtuprantis virginem, H. Piſtor. *obſ.161.* Berlich. *5.concl.38.* Viv. *dec.299.*

De pœna ſtuprantis ſponſam alterius. Cöppen. *1.obſ.34.* Heig. *2.quæſtion. 28.*

Pœna falsò aſſerentis, ſe aliquam cognoviſſe. Cöpp. *d.obſ.34.*

Pœna ſtupri. Cöpp. *2.obſ.126.* Gilhauſ. *d.tit.21.*

Pœna ſtupri quando ceſſet. Gilhauſ. *ind.tit.21.n.4. & ſeq.*

De pœnâ ejus, qui mulierem captivam cuſtodiæ ſuæ commiſſam carnaliter cognovit. Berlich. *4.concl.36.*

De pœna ejus, qui mulierem non ſanæ mentis ſtuprat. Berlich. *4. concluſ.37.*

De violento ſtupro & ejus pœna.

Digitized by Google

Berlich *5.concl.41.* Weſenb. *conſ.114.* Gilhauſ *in Arb.Crim.d.cap.2.tit.22.*

Quando ceſſet pœna violenti ſtupri. Gilhauſ. *d.tit.22 n.4.*

De pœna ejus, qui puellam minorem 12. annis per vim vel ſine vi ſtuprat. Berlich *5.concl.42.* Pingizer. *qu.3.* Nic. Everhard. Iun. *1 conſ.12. & conſ.67.* Teſſaurus *dec.Pedem.148.*

Conatus an hîc puniatur. Baptiſt. Cæſar. *in conſ.illuſtr.29.p.1.* Matt. Weſenb *conſ.114.*

De ſtupro ſimplici ac violento. Nic. Everh. Iun. *2.conſ 8. & ſeq.*

59. Stylus Curiæ.

De ſtylo. vid. Cam Borell. *tom.1.tit. 14.* Martini Vran. *tom.2.conſ 73.*

Stylus & obſervantia Curiæ ſemper ſervanda: & ſecundum ſtylum & obſervantiam debent cauſæ determinari. Viv. *dec 297. & 401. & 478. ad fin.*

60. Subditus.

De ſubditis. v. Gail. *1. obſerv. 17.* & *ſupra verb. dominus Cives.* & Dn. D. Beſold. *in tract. de Iure Ordinibuſque Civium.*

De ſubditis eminentioris conditionis, officii inprimis ratione. Dn. D. Beſold. *d. tract. c.8. ſ.84. & ſeqq.*

De ſubjectis conditionis inferioris. Dn. D. Beſold. *d. loc. cap. 11. ſ. 105. &c.*

De pœna Vaſalli ſubditos malè tractantis. Weſenbec. *conſ.145.* Viv. *dec. 447.*

De invaſione violenta & protectione, quam Princeps alterius ſubdito promittit, & de jure Principum in ſubditos. Matth. Weſenb. *conſil.170.*

Vtrum ſubditi ratione privilegii, poſſint declinare Iurisdictionem ſuperioris. Thoming. *1. conſ. 24. quaſtion.2.*

Inobedientia ſubditorum quam excuſationem admittat. Thoming. *1. conſ. 24. q.7.*

Quo remedio tuendæ Iurisdictionis gratia coercendi ſint ſubditi inobedientes. Thoming. *d.q.7.*

De pœna ſubditi declinantis Iurisdictionem ſuperioris. Thoming. *d. l. qu 8.*

De pœna eorum, qui morem ſuperiori gerere contumaciter detrectant. Thoming. *d.q.8.*

An Reges vel Principes aliquo titulo & ſalva conſcientia ſubditos ſuos à Regia Corona alienare, & alterius Domini particularis ditioni ſubjicere poſſint. v. Killinger. *in qu. ſing. & ſupra v. Imperat. Princeps. Rex.*

Subditi rebelles quomodo in officio retinendi. Gail. *1. obſerv. 17. nu. 8. &c.*

Subditi Comitum & Nobilium ubi forum ſortiantur. Gail. *1. obſervat. 1. num. 46.*

De ſubditorum officio, ſi Princeps aliam, quàm ipſi probant, foveat religio-

gionem. vid. Dn. Beſold. *de Majeſt. fol. 140. &c.*

An licitum ſit ſubditis religionis causâ à Rege deficere, ac contra eum arma capere. Dn. Beſold. *tr. pr. & fin. pol. f. 183 n. 13.*

Reges ſubditos ut fratres humaniter regere juſſi ſunt in Veteri teſtamento. vid. omnino Dn. Schickhard. *d. l. R Sam. f. 85 &c.*

An Principi vel Regi competat Ius necis & vitæ in ſubditos. v. Schickhard. *d. l. f. 96. &c.*

De ſubditis pactitiis, exemptis ac privilegiatis. vid. Dn. D. Beſold. *d. Majeſt. f. 235. &c.*

Domini ſubditos non omnino ſerviliter & pro lubitu tractare debent v. Dn. Beſold. *d. Monarch. f. 25. numer. 2. & 3. &c*

61. *Sub & obreptio.*

V. *ſupra omninò verb. reſcriptum & verb Exceptio ſub & obreptionis.* Crav. *conſ. 592.*

Subreptio quando committatur. Cravetta *conſ. 68.*

An tollatur per Clauſulam, non obſtantibus, aut ex Clauſula pro expreſſis habentes. Cravetta *d. conſil. 68.*

Et an ſublatis per Reſcriptum Principis omnibus exceptionibus, etiam ſubreptionis exceptio ſublata cenſeatur. Cravetta *d. conſ. 68.*

Clauſula non obſtantibus, an tollat vitium ſubreptionis. Cravetta *conſ. 296.*

62. *Subhaſtatio.*

Conſtitutiones Saxoniæ de ſubhaſtationib, quæ ex causâ judicati vel debiti liquidi capiuntur, an & quatenus juri communi derogaverint. Rauchbar. *1. q. 46.*

An creditor non præmiſſa ſubhaſtatione, teneatur in ſolutum accipere bona debitoris à judice æſtimata. M. Piſt. *q. 12.*

Bonis ſubſtaſtatis, an ea vendi debeant ſecundum æſtimationem Iudicis. M. Piſt. *q. 124.*

Bona immobilia aſſignata ſacris initiato, ut promoveatur ad presbyterium, an poſſint capi & ſubhaſtari. Paul. Chriſtinæ. *vol. 1. dec. 219.*

De ordine & proceſſu ſubhaſtationis. Chriſtin. *1. dec. 296.*

An venditio ſubhaſta facta publicè, ob enormiſſimam læſionem beneficio *l. 2. C de reſcind. vendit.* reſcindi poſſit. Berlich. *dec. 126.*

Creditor jus retractus conventionale habens, an rem ſub haſta venditam retrahere poſſit. Berlich. *deciſion. 98.*

Subſtaſtatio requiritur in venditione gabellarum finito tempore primæ locationis, & quando ultimus licitator priorem repellat &c. Viv. *deciſion. 359.*

An creditor æſtimationem bonorum debitoris petens, emptore non reperto, ipſe teneatur ea, ſecundum Iudicis æſtimationem, in ſolutum acceptare. Schultes. *1. q. 42.*

In venditione ſub haſta, num conſorti potius, eidemque cognato ſuo debitoris, quam extraneo non creditori, res addici debeant. Schæffer. *2. qu. 16.*

Locatio rei minoris facta plus offerenti in publico incantu, an aliqua ex cauſa reſcindi poſſit. Maſtrill. *deciſion. 84.*

Adjudicatio facta ad diſcuſſum, ſtante enormiſſima læſione, an ſimul cum fructibus veniat reſcindenda, & quid poſt recuperatam rem adjudicatam ex ſolutione pretii. Maſtrill. *deciſion. 247. & ſeq.*

Subhaſtationes vel venditiones bonorum per Decretum factæ in Concilio Brabantiæ non affectare. Chriſtin. *1. dec. 390.*

Tempus reluendi bona capta in executione judicati, à qua fuit appellatum, quando currere incipiat. Cravetta *conſ. 66.*

Creditores in diem ligantur cridis. Surd. *dec. 151.*

An princeps ligetur ordine, quod ſatisfiat ei, qui primò ſe expediverit. Surd. *dec. 13.*

63. Subinfeudatio.

Verum jure noviſſimo feudum ſine conſenſu domini ſubinfeudare liceat. H. Piſt. *2 q. 44.* D. Bocer. *de Inveſtitur. c. 3. n. 121. & ſeqq.*

Subinfeudatio ut ſubſiſtat, quę requirantur. Mynſinger. *centur. 1. obſervat. 62.*

Quatenus ſubinfeudatio iſta præjudicet domino vel agnatis, feudo ad ipſos devoluto. Hartman. Piſt. *4. quæſtion. 44.*

Subvaſallus alienans feudum, utrum teneatur requirere conſenſum immediati domini, an verò ſuperioris. H. Piſt. *2. q. 45.*

Subfeudo per feloniam amiſſo, cui aperiatur, primo an ſecundo inveſtienti. Quetta *conſ. 6. & ſeq.*

Si pacto Inveſtituræ expreſsè cautum ſit, ne feudum alienetur, ſit ne integrum Vaſallo, pactione hac non obſtante, ſubinveſtire aliquem de feudo ſuo. D. Bocer. *de Inveſtit. c. 3. numer. 125. & ſeq.*

An Vaſallus Eccleſiæ de feudo ſuo Eccleſiaſtico alium ſubinveſtire poſſit. Dn. Bocer. *d. l. n. 127.*

Sitnè integrum Vaſallo abſque domini conſenſu inveſtire aliquem de feudo ſuo, quod habet in Curte Domini, vel extra Curtem, ubi tamen dominus diſtrictum, vel alium hono-

Digitized by Google

honorem habet. D.Bocer.*d.l.n.118.& ſeqq.*

64. *Subſcriptio. vid.* verb. Sigillum.

Apocha ſcripta & ſubſcripta per tertium de voluntate aut mandato alterius, an idem ſit,ac ſi per eum,ſic volentem aut mandantem ſcripta aut ſubſcripta eſſet. Cravetta *conſ.73.*

Et ſubſcribens alicui ſcripturæ,an eam impugnare poſſit. Cravetta *conſil. 73.*

Subſcribens ſe inſtrumento, an ſe obligare intelligatur? Gœdd.*a l l.39. §.1. ff.d.V.S.*

Num Mulier Chyrographum ſuaſu alterius obſignans, traditione rei venditæ non ſecutâ ſolvere teneatur. Treutler. *conſ.99.*

65. *Subſtitutio. Vulgaris Subſtitutio.*

Vid. ſupra verb. Fideicommiſſum: & Cöpp. *1.obſ.131.* de Impuberum & aliis ſubſtitutionibus v. Paul. Chriſtin.*vol. 4.dec. Belgicar. dec. 14. & ſeqq.* Cravetta *conſ.744.& conſ.776.*

De ſpeciebus ſubſtitutionis, ejuſque definitione. Merenda *lib. 4.contr. cap.6.*

Avus an & quatenus ſubſtituendo nepoti, poſſit Patrem ipſius prorſus excludere. Hartman. Piſtor. *obſervat.171.*

Subſtitutio facta viduę donec in viduitate permanſerit, an trahatur ad caſum mortis, vidua in viduitate decedente. H. Piſt.*obſ.214.*

Cuilibet etiam hæredi vulgariter ſubſtitui poteſt. Cöpp.*1.obſ.134.*

Vulgaris ſubſtitutionis forma ſeu modus in jure varius eſt. Cöpp. *1. obſerv.135.*

Subſtitutus à naturalibus liberis quando excludatur. Cöpp. *1. obſ. 136. v.verb.ſpurius.*

Filiofam. inſtituto & adire recuſante, Pater ſubſtitutum non excludit. Cöpp.*1 obſ.137.*

Subſtitutio vulgaris filio facta, jus ſuitatis vel cõſanguinitatis an tollat. Côpp.*1.obſ 138.*

Vtrum fiſcus excludat vulgarem ſubſtitutum. Cöpp. *1. obſ.138.*

Subſtitutio vulgaris quomodo evaneſcat. Cöpp.*1.obſ.139.*

Perſona ſubſtituens in pupillari ſubſtitutione non eſt pater teſtator quilibet,ſed tantum, qui liberos ſuos impuberes in poteſtate habet. Cöpp. *1.obſ.140.*

Milites quibus ſubſtituere poſſint. Cöpp.*1.ob.145.*

Subſtitutione factâ per teſtatorem in genere, an utrinque conjunctus prçferatur conſanguineo &c. Theſaur. *1.q.74.*

Teſtator inſtituens ſororem, & illi ſubſtituens liberos illius, an cum liberis

beris cenſeatur vocaſſe nepotes ſororis prædefunctæ. Mod. Piſtor. *quæſtion.118.*

An filius poſitus in conditione, cenſeatur vocatus ex teſtamento, an tacite ſubſtitutus. Cæval. *q 94.*

Vtrum filius in conditione, cenſeatur tacitè inſtitutus vel ſubſtitutus. Cævall. *q.277.*

Vtrum ſubſtitutus, repudiante herede, teneatur adire vel petere bonorum poſſeſſionem contra tabulas. Cęvall. *q. 478.*

Vtrum ſubſtitutio concepta per illa verba: *quandocunq; filius meus deceſſerit ſine liberis, bona mea inter pauperes diſtribuantur,* ſit omni tempore fideicommiſſaria vel directa pupillaris. Cævall. *q.482.*

Vtrum ſubſtitutio vulgaris tacita comprehenſa ſub expreſſa pupillari, pereat, decedente pupillo in vita teſtatoris. Cęvall. *q. 751.*

Quid, an expiret, ſi pupillus à patre emancipetur. Cævall. *q.752.*

An expiret poſt adventum pubertatis. Cævall. *q.753.*

Vtrum per dationem vulgaris ſubſtitutionis perdat filius ſuitatem & jus tranſmittendi hæreditatem. Cævall. *q. 761.*

Subſtitutio facta decedenti ſine filiis & ab inteſtato, quomodo intelligatur. Honded. *1.conſ.78.* Gail. *2.obſervat.136.* Cravetta *conſil.878.*

Quando ſubſequentes ſubſtitutiones ſecundum præcedentes interpretentur. Honded. *d.conſ.*

Subſtitutio facta uni perſonæ & in uno caſu, quando ad aliam perſonam ſeu caſum extendi poſſit. Honded. *2. conſil. 48. & conſ.ſeq.*

Si teſtator ſubſtituit ſorores fratri hæredi inſtituto, decedenti ſine filiis, vel ſi deceſſerit, cum filiabus & aliqua ex eis deceſſerit ſine filiis, in portione dictæ filiæ ceſſat ſubſtitutio, ſi vivo fratre deceſſit una filia, & poſteà deceſſit ipſe frater ſuperſtite aliâ filiâ. Honded. *2.conſil.49.*

An & quando admittatur ſubſtitutus, ſi ille primus deceſſit ante hæredem. Hond. *d.conſil.49.*

Subſtitutio filiorum filii præmortui, non habet locum, ſi tempore purificatæ conditionis vivit illorum pater, licet ob bannum &c. non poſſit ſuccedere. Hond. *2.conſ.55.*

Extenſio in ſubſtitutione quando admittatur. Honded. *2.conſ.56.*

Quod ſubſtitutio ꝓpter incertitudinem perſonarum vitietur, neque legatum vel fideicommiſſum in ea valeat. Viv. *dec.412.*

Subſtitutus poſt mortem plurium, an & quando ſuccedat purificatâ cõditione in perſona unius tantum. Honded. *2. conſil. 65.* Cravetta *conſil. 109.*

Quid operetur ſubſtitutio facta poſt mortem plurium in tota hæreditate. Hond. *d.c.65.*

Spes

Spes ſubſtitutionis quando ad hæredes tranſeat. Viv. *dec. 468.*

Subſtitutione filiis filiorum teſtatoris facta, quænam ſubſtitutionis ſpecies inducta; & an teſtator iſto caſu etiam pronepoti ſubſtituere voluiſſe videatur. Viv. *dec. 503.*

Duplicitas vinculi an in ſubſtitutionib. attendatur, ut utrinque conjunctus ex altero latere tantum præferatur. Cravetta *conſ. 43.*

De conditione ſi ſine liberis deceſſerit, quod deficiat, quando quis etiam unico tantum filio relicto decedit Cravetta *conſil. 62. & conſil. 208.*

Conditio ſi deceſſerit ſine liberis, appoſita in ſubſtitutione, an deficiat liberis natis, licet ipſi poſtea ſine liberis moriantur. Cravetta *conſ. 98.*

Subſtiutio facta ſuperſtitibus & eorum hæredibus, quomodo intelligenda. Cravetta *conſil. 131.*

Subſtitutionem incertam & dubiam contra eum, qui ex ſubſtitutione nititur, interpretandam. Cravetta *conſ. 147.*

Verba illa: cum ſubſtitutioni locus erit, quid importent. Cravetta *conſ. 340.*

Subſtitutionem ventri factam, ſi deceſſerit ſine liberis, compendioſam eſſe, tacitamq; vulgarem continere, ac locum habere in puero non nato. Viv. *dec. 511.*

Subſtitutio quando intelligatur per modum vulgaris, vel per fideicõmiſſum. Raud. *dec. 25.*

Monaſterium ân loco filii habeatur, & an faciat deficere conditionem ſubſtitutionis, ſi deceſſerit ſine filiis naturalibus & legitimis ex ſuo corpore procreatis. Cravetta *conſil. 152.* Cæval. *q. 193.*

Subſtitutio ultimo loco facta poſt liberos maſculos de propinquiore ſui generis, an expiret mortuo primo propinquiore. Cravetta *conſil. 151. & 180.*

Subſtitutio facta per verbum commune, *ſubſtituit*, certæ rei adjectum, an directa vel fideicommiſſaria dicatur. Cravetta *conſ. 210.*

Subſtitutus impugnans teſtamentum reſpectu inſtitutionis, an reſpectu ſubſtitutionis ex eo ſe fundare poſſit. Cravetta *conſ. 215.*

Subſtitutio facta pupillariter & vulgariter, an fideicommiſſariam cõtineat. Cravetta *conſ. 305.*

Teſtator quidam inſtituit hæredes duos filios T. & S. quos invicem ſubſtituit, & ipſis ambobus decedentibus ſubſtituit A. ejus Vxorem, matrem ipſorum hæredem, & eidem A. decedenti ſubſtituit in dimidia parte filios maſculos naſcituros ex filiabus, ipſius teſtatoris, in alia verò dimidia ſubſtituit proximiores de linea maſculina teſtatoris, defecit ſecundus gradus ſubſtitutionis, quia A. mater prædeceſſit filiis. Quæritur: an ſit locus ſequenti gradui ſubſtitutionis. Cravetta *conſ. 295.*

Subſtitutionem vulgarem etiam

Digitized by Google

in legatis rectè fieri. Cravetta *conſil. 311.*

In caſu ſubſtitutionis. Cravetta *conſ. 316. & conſ. 884.* Nic. Everh. Sen. *con. 13.*

De ſubſtitutione filiorum naturalium. Cravetta *conſ. 326.*

Subſtitutio, ſi natus poſthumus erit, utrum ad caſum diverſum porrigatur, quo natus non eſt. Cravetta *conſ. 361.*

Subſtitutionum gradu primo deficiente, an cæteris locus fiat. Cravetta *conſ. 393*

De ſubſtitutione verbis directis concepta, quando ad fideicommiſſariam trahatur. Cravetta *conſ. 532.*

Subſtitutionem alicui factam, ſi ſine liberis decederet, ſtatim perimi ac liberos relinquit, neque ad liberos ipſos repetitam judicari, ſi abſque liberis ipſi deficiant; & quando ſecus. Cravetta *conſ. 537.*

Subſtitutionem verbis directis conceptam in obliquam trahi, cum jure directo valere ab initio non potuit. Cravetta *conſ. 570.*

Subſtitutio quando ab inſtitutione declaretur, ubi ſenſus *l. 1. C. de impub.* Cravetta *conſ. 574.*

Quod ſubſtitutio ſub conditione facta, ſi oneratus abſque liberis moriatur, inutilis fiat, liberis hæredi ſuperſtitibus, neque vires recipiat, liberis & ipſis abſque prole extinctis. Cravetta *conſ. 584.*

Subſtitutio filio jam nato & naſcituris, hæredibus inſtitutis ita facta, quatenus ejus heredes inſtituti in pupillari ætate vel ſine filiis deceſſerint, an inutilis ex eo reddatur, quod nullus natus poſtea ſit. Cravetta *conſil. 904.*

Subſtitutionem ex conditione deficiente ob conjecturas, in caſu expreſſas, non perimi. Cravetta *conſ. 935.*

Subſtitutione facta à teſtatore filio & hæredi ſuo, ſub verb. ſi contigerit filium & hæredem ſine liberis maſculis in pupillari ætate, ſeu poſtquandocunq; decedere, eo caſu ſubſtituit ſibi, ſeu ultimo filio maſculo deſcendenti ex eo, ſeu ex eis, Titium &c. ex his verbis, ſubſtitutioni vulgari locus ſit. Cravetta *conſ. 986.*

Poſiti in conditione an invicem inter ſe videantur ſubſtituti, ubi plura de ſubſtitutione conditionali. Cravetta *conſ. 987.*

Monacho repudiante hæreditatem, quis præferatur: Monaſterium, an ſubſtitutus vulgaris. Merend. *4. cap. 7.*

Subſtitutio an ſit in pœnam, etiam quoad bona relicta, Surd. *dec. 7*

Subſtitutione factâ in eum caſum, ſi Titius ſine liberis deceſſerit, an reducatur res ad caſum inteſtati, & an hoc caſu liberi primi inſtituti ſuccedant, Teſſaur. *dec. 60.*

Subſtitutio plures gradus continens, deficiente medio, tranſit ad ulteriorem. Teſſaurus *dec. 86.*

Filii in côditione poſiti an cenſeantur

tur vocati vel gravati, & quæ conjecturæ vocationem inducant. Teſſaur. *dec.95.* vid. *ſupra fideicommiſſum.*

Subſtitutus ſeu illius filius an excludat matrem à ſucceſſione filiæ, quando teſtator proprias filias excluſit, ſubſtituendo fratres aut alios de agnatione, mortuo ſine hæredibus filio inſtituto. Teſſaurus *dec.248.*

Odioſus an cenſeatur vocatus in generali ſubſtitutione agnatorum vel familiæ Surdus, *dec.41.*

Subſtitutio facta in eum caſum, ſi Titius hæres non erit, vel eſſe non poterit, an inſtituta turpi perſona, faciat locum ſubſtituto, an vero fratri querelanti, adita per inſtitutionem hereditate. Teſſaur. *dec.127.*

Subſtitutio facta filiis in eum caſum, ſi deceſſerint ſine liberis, an hæc ſubſtitutio ſacerdotis vel Monachi perſoná comprehendere poſſit. Teſſaurus *dec.183.*

Subſtitutio facta in eum caſum, ſi ſine filiis filii mei deceſſerint, excluſa per teſtatorem propria filia, an deficiat, moriente ſubſtituto cum filia, ita ut neptis teſtatoris ſubſtitutum excludat. Teſſaurus *dec.188.*

Subſtitutio vocans filios filiorum veros, & non fictos, an extendatur ad legitimatos per ſubſequens matrimonium Teſſaurus. *dec 195.* vid. *ſupra verb legitimatio.*

Subſtitutio facta ſi Titius ſine liberis deceſſerit, tunc ſuccedat Mævius, & ſi poſtea Mævius hæreditatem adierit, nulloſque liberos reliquerit, quid tunc. Nicol. Everhard Sen. *conſil. 95.*

Subſtitutus à Patre, an præferatur ſubſtituto à matre. v. Pruckman. *d. diff. ſ. x. part. princ. 1. membr. 4. artic. 4. fol. 185. &c.*

An agnati generaliter ſubſtituti, caſu quo heredes nollent vel non poſſent eſſe heredes, dicantur ita nominati, quod loquendo teſtator in alia parte Teſtamenti de heredibus infra ſcriptis, intelligi poſſit de prædictis agnatis, ſicut ſupra collectivè vocatis, & non de iis ſolis per nomina propria vocatis. Surd. *dec.338.*

Vulgaris ſubſtitutio ex conjecturis an tollat Ius accreſcendi. Surdus *dec.54.*

Subſtitutus vulgaris an excludat conjunctum, Surd. *dec.151.*

Vulgaris ſubſtitutio an tollat pœnam appoſitam. Surd. *dec 228.*

Subſtitutio ſi deceſſerit ſine filiis, an contineat vulgarem, quando gravatus deceſſit vivo teſtatore. Surdus *deciſ. 37.*

Filio hærede inſtituto, hereditatẽ repudiante, an pater admittatur, excluſo ſubſtituto vulgari Merend. *c.8. lib.4.*

Minore adverſus hæreditatem aditam reſtituto, an ſuccedat vulgariter ſubſtitutus Merenda *d.l c.9.*

66. *Subſtitutio compendioſa. vid.* locum præcedent.

Quatenus ſubſtitutio compendioſa in fideicommiſſariam reſolvatur. H. Piſtor. *4. q. 9.*

Filii poſiti in conditione, quatenus vocati & per hoc gravati intelligantur. H. Piſt. *d. q. 9.*

Vtrum compendioſa ſubſtitutio facta à milite, ſit ſpecies ſubſtitutionis de per ſe. Cævall. *q. 480.*

Vtrum ſubſtitutio compendioſa facta à pagano, valeat poſt pubertatem ut fideicommiſſaria. Cævall. *qu. 481. & q. 765.* Merenda *lib. 4. contr. c. 10.*

An & quando comprehendat pupillarem, ſi filius in pupillari ætate decedit. Honded. *1. conſil. 73.*

Compendioſa ſubſtitutio an & quando contineat pupillarem, maximè in præjudicium matris pupilli. Honded. *1. conſil. 75.*

In ſubſtitutione compendioſa an & quando alternativa habeatur pro copulativa. Quetta *conſ. 64.*

Subſtitutio compendioſa à pagano facta verbis communib. an contineat pupillarem, & quid ſi mater ſit in medio, & an illa Clauſula vulgariter, pupillariter in prima ſubſtitutione poſita, cenſeatur repetita in ſecunda. Teſſaur. *dec. 200.*

Subſtitutio cōpendioſa an vulgarem contineat. Cravetta *conſ. 213.*

Subſtitutio, ſi deceſſerit ſine liberis, an cōpendioſa dicatur. Cravet. *conſ. 63.*

In caſu ſubſtitutionis compendioſæ. Cravetta *conſ. 416. & conſ. 532.*

67. *Subſtitutio Exemplaris.*

An ſubſtitutio exemplaris tacita ſubintelligatur in vulgari expreſſa. Merenda *lib. 4. contr. c. 11.*

68. *Subſtitutio fideicommiſſaria.*

De ſubſtitutione fideicommiſſaria, v. Cravettam *conſ. 744. & conſ. 776. & verb. ſubſt. vulgar. & ſubſt. compendioſ.*

69. *Subſtitutio pupillaris.*

De ſubſtitutione pupillari v. Crav. *conſ. 744 & conſ. 776. & locos præced.*

Subſtitutio Pupillaris matrē prorsùs excludit, ita ut nec legitimam petere poſſit. H. Piſtor. *obſ. 30.* Cævall. *qu. 69.*

Subſtitutio pupillaris puberi verbis directis facta, ne quidem in vim fideicommiſſi valet. Cöppen. *1. obſervat. 141.*

Mater tàm per pupillarem ſubſtitutionem expreſſam, quàm per tacitam in vulgari contentam, excluditur a ſucceſſione filii impuberis. Cöpp. *1. obſ. 142.*

Pupillaris ſubſtitutio quibus modis finiatur. Cöpp. *1 obſ. 143.*

Mater

Quaſi pupillariter qui ſubſtituant. Cöpp.*1.obſ.144.*

Mater an & quatenus liberis ſuis pupillariter ſubſtituere poſſit, Berlich. *dec.1 1.*Pruckman. *de different. utriusque ſexus.part.1 m.f.178. &c.*

An ex tacita vulgari comprehenſa ſub expreſſa pupillari, admittatur ſubſtitutus, quando filius vivente patre mortuus eſt. Cævall.*q.106.*

Vtrum ſubſtitutio pupillaris, quæ directo jure non poteſt valere, trahatur ad fideicommiſſum. Cævall.*q.159.*

Vtrum ſubſtitutio pupillaris in codicillis revocari poſſit. Cævall. *q.253.*

Vtrum ad validitatem ſubſtitutionis pupillaris requiratur actualis patria poteſtas. Cævall.*q. 479.*

Vtrum ſubſtitutio pupillaris facta extraneo, poſſit aliquo modo validari, ſi arrogetur per teſtamentum. Cævall.*q. 517.*

Vtrum ſubſtitutio pupillaris, *ſi ſine liberis deceſſerit,* importet idem, *quod ſi ſine heredib. deceſſerit.* Cævall.*q.538.*

Vtrum ſubſtitutio pupillaris facta à pluribus ſimpliciter, requirat adimplementum conditionis in perſonis omnium, ut ultimo moriente, ſit locus ſubſtituto. Cævall. *q.615.*

Qua de cauſa fuerit inventa ſubſtitutio pupillaris; & an in dubio pro ea judicandum. Merenda *3. contr.c.25.*

An ſit contra rationem Iuris introducta, an item favore ſit digna. Merenda *3. c. 26.*

Matri cur ſit denegata facultas pupillariter ſubſtituendi: & an ſubſtituere poſſit, ſi ex L. municipali patria poteſtas ei fuerit conceſſa, Merend.*c.27.l.3.*

Patria poteſtas ſuperveniens an convalidet ſubſtitutionem pupillarem. Merenda *c. 28. lib.3.*

Filiis naturalibus quos pater juſſit poſt mortem ſuam legitimari, an ſubſtitutio pupillaris fieri poſſit. Merenda *c. 29. lib.3.*

Mater quæ ad ſecunda vota tranſivit, an quaſi pupillariter ſubſtituere poſſit. v. Pruckman. *d. diff. ſex.m.f.183.*

Poſthumis non conceptis, an poſſit pupillariter ſubſtitui. Merenda *3. cap. 30.*

Filio præterito Teſtamentum approbante, an ſubſtitutio pupillaris convaleſcat. Merend.*3.c.31.*

Pupillaris ſubſtitutio facta filio apud hoſtes exiſtenti, an effectum habeat, ſi revertatur, & impubes decebat. Merend, *c.32 lib.3.*

Pater turpis perſona, an poſſit ſubſtituere pupillariter. Merend, *3.c.33.*

Statuto prorogante pupillarem ætatem, an prorogare intelligatur tempus ſubſtituendi pupillariter. Merenda *c. 34. lib.3.*

Subſtitutio pupillaris facta in teſtamento inter liberos, an ſuſtineatur *ex l. hac conſultiſſima C. de teſtam.* Merend *c.36.lib.3.*

Pupillaris ſubſtitutio nulla ex defectu ſolennium Iuris Civilis, nunquid ſit obſervanda in foro pœnitentiali. Merend.*c.37.lib.3.*

Pupillaris ſubſtitutio an in Codicillis fieri poſſit ad favorem venientium ab inteſtato. Merend. *c.38.lib.3.*

Pupillaris ſubſtitutio tacita in vulgari comprehenſa, an matrem excludat. Merend. *3.c.40.*

Pupillaris ſubſtitutio an extinguatur per profeſſionem religionis, factam à pupillo poſt mortem patris. Merend. *c.41.lib.3.*

Subſtitutio pupillaris facta nepoti quando pereat, ſi in poteſtatem patris ceciderit, poſt mortem avi. Merend. *c.42.lib.3.*

De conſtitutione Marci & Veri, ut ſubſtitutio vulgaris ad pupillarem porrigatur & è contra. Merend. *c.43. lib.3.*

70. *Subſtitutio Reciproca. vid.* ſupra verb. ſubſt. vulgar. &c.

Reciproca ſubſtitutio filiis partim puberibus, partim impuberib facta, num comprehendat ſubſtitutionem pupillarem; & an jus talis ſubſtitutionis ad filiorum heredes tranſeat. Thoming. *dec.25.*

Quod ſubſtitutio reciproca non inducatur inter eos, poſt quorum mortem fit ſubſtitutio, niſi fiat ultimo morienti, & in tota hęreditate. Cravett. *conſ.113.*

Subſtitutio reciproca tacita, ut inter aliquos inducatur, quæ requirantur. Cravett. *conſ.306.*

In caſu ſubſtitutionis reciprocę & fideicommiſſariæ. Cravett. *conſ.318.*

Subſtitutionem mutuam ſive reciprocam non aliter intelligi, niſi neceſſitas impellat. Cravett. *conſ.536.*

Reciproca ſubſtitutio quando fideicommiſſariam complectatur: & quid ſi in Teſtamento fuerit poſita Clauſula Codicillaris. Theſaur. *2. qu.42.*

Subſtitutio reciproca impuberib. conjunctim facta cum compendioſa, an contineat pupillarem. Vivius *deciſion.395.*

71. *Subtilitas.*

De ſubtilitate: & quod ſit vitanda in cauſarum deciſionibus. v. Franc. Viv. *dec. Neapol.140.*

Nimia & affectata ſubtilitas in Jure reprehenditur. Iacob. Omph. *de uſurpat. legum. lib.3.c.5.& ſeq.*

72. *Succeſſio deſcendentium & aſcendentium, tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato.*

V. Paul. Chriſtin. *dec. Belg. vol. 4. dec.61.& ſeq. & dec.66.& ſeqq. multis.* & *verb. ſtatutum &c.*

Liberis hæreditatem parentum,

tàm

tàm ab inteſtato, quam ex teſtamēto deberi. Enenckel *de privil. parent. priv. 14. part.prior.cap.1.*

Ad quos pertineat jus præſens. Enenckel. *d. l.c.3.*

De interpretatione extenſiva hujus privilegii.Enenckel.*d.l.c.4.*

In concurſu cum aliis privilegiis, præſens plerunque vincere. Enenck. *d.l.cap.9.*

De tempore quo effectum habeat hoc privilegium, quando ſcil.liberis debeantur bona parentum. Enenck. *d.l.cap.10.*

De interpretatione privilegii reſtricta.Enenckel.*d. part priori cap.11.*

De amiſſione hujus juris: & primùm de illo genere, quo conditoris voluntate privilegia abrogantur. Enenckel.*d.l.cap.12.*

Vt morte & renunciatione eorum, quibus datum eſt privilegium hoc tollatur aut ſuſpendatur. Enenckel.*d.l.cap 13.*

Vt delicto patris & ſuo filius hoc jure privetur Enenckel.*d.p.cap.14.*

De reliquis modis, quibus privilegium hoc ceſſare ſoleat. Enenckel.*d. l.cap.15.*

Quod, & quomodo liberis ſuccedant parentes,& quæ remedia eis juris ſui tuendi cauſa data. Enenckel. *priv.14.part.poſt.cap.1.*

Quo jure conſtet hæc pars,qua ratione,& cujus cauſa introducta. Enenckel.*d.l.cap.3.*

De Interpretatione hujus privilegii.Enenckel. *d.p.2.cap 4.*

De amiſſione hujus Iuris. Enenck. *d.l.cap 5.*

Vtrum ſucceſſiones deſcendant à jure Divino vel Naturali vel Civili. Cævall. *q.786.*

In ſucceſſionib. an & quando fiat diſtinctio bonorum, habita ratione, undè ea provenerint H Piſtor.*obſ.51.* Berlich. *3.concl 20.*Cævall.*q.102.*

Quibus ſucceſſio ab inteſtato deferatur. Cöpp. *1.obſ.159.*

Deſcendentibus ſuperſtitibus, omnes alii excluduntur. Cöpp.*1. obſerv. 160.*

Quid juris circa liberos legitimos naturales tantum,ſpurios & inceſtuoſos. Cöpp.*1.obſ.161.*

Liberi emancipati vel ſeparati, abgeſenderte Kinder/quatenus ſuccedere queant.Cöpp.*1.obſ 162.*

Liberi renunciantes hęreditati,quatenus ſuccedant. Cöppen. *1.obſ.163.*& *ſupra renunciatio ſucceſſ.*

Ad aſcendētes qudo & quomodo fiat ſucceſſio. Cöpp.*1.obſerv.164.*Paul. Chriſtin. *vol 1.dec.285.& dec.381.*

Infanti expoſito quis ſuccedat. Teſſaur. *dec.118.*

Quid juris circa parentes liberorum legitimorum, naturalium,vulgò quæſitorum & inceſtuoſorum. Cöp. *1.obſ 165.*

An mater à ſucceſſione liberorum per expreſſam Patris diſpoſitionem vel

vel etiam tacite per ſubſtitutionem liberis factam in totum excludi poſſit. Berlich. *3. concl. 10.*

Iure Saxonico an pater à ſucceſſione liberorum excludat matrem: & quid de jure communi. Berlich. *3. concl. 23.*

Loca montium in caput & ſub nomine filii empta per patrem, ea conditione, ut in vita ſuá ad libitum diſponere poſſet, an mortuo Patre nulla facta diſpoſitione ad heredem vel filium ſpectent. Theſaurus *1. quæſtion. 57.*

Avunculus in ſucceſſione inteſtati, præfertur conſobrino defuncti. Theſaur. *2. q 63.*

Mater vidua ſi non petitis tutorib. aufugiat, & relictis liberis inhoneſtè vivat, an ab eorum ſucceſſione excludatur. Mod. Piſt. *q. 57.*

Avus denegans genero ſuo uſumfr. in bonis nepotum, an videatur etiam eum excludere à ſucceſſione filiorum. M. Piſt *q 58.*

Vtrum filius excluſus à ſucceſſione ex uno capite, poſſit virtute alterius ſuccedere. Cavall. *q. 165.*

An habens filium unicum & tranſiens ad ſecunda vota, habeat illum plenum ſucceſſorem. Cavall. *q. 278.*

Filius anabaptiſta &c. an Patri orthodoxo ſuccedat. Pingizer. *q 18.*

Vtrum ſpes ſuccedendi patri, vel aliis aſcendentibus vel tranſverſalib. ſit conſiderabilis & approbata. Cævall. *q. 828.*

Statutum Peruſinum admittens ad ſucceſſionem ſorores & matrem, & pro certa portione patruos, & præmortuorum parentum deſcendentes, uterinis materteris & aliis excluſis, an locum habeat, quando ſoli deſcendentes Patrui ſuperſunt, nec cum eis ſorores, mater & patrui concurrunt. Honded. *1. conſ. 8.*

Pater an in ſolidum ſuccedat filio in bonis à ſe profectis, matre & tráſverſalibus excluſis. Cravetta *conſil. 176.*

An mater defuncto filio ſuo, cum fratribus ſuccedat, deinde defuncto N. an ſuperſtes avia materna vel fraterna uterinis ſuccedat. Baptiſt. Cæſar. *conſ. illuſtr. 21. p. 1.*

In materia ſucceſſionis, Matth. Weſenb. *conſ. 288.* Nic. Everhard. Iun. *1. conſ. 18.*

Avi paterni æquiparatio in ſucceſſione nepotum quomodo intelligatur. Et quod frater ſive ſoror in ſucceſſione ſororis in bonis maternis non excludat patrem. Vivius *dec. 173.*

In cauſa ſucceſſionis ab inteſtato. v. Thoming. *vol. 1. conſ. 50.*

In ſucceſſione neptis mortuæ ſine filiis & abſque teſtamento, quis debeat præferri, avunculus vel amita. Quetta *conſ. 62.*

Pronepos an in locum patris ſubintret, an verò à nepote ſubmoveatur in ſucceſſione. Gravetta *conſil. 466.*

Excluſo patre, nepos ſuccedit avo.

Dn.

Dn.Beſold.*in præcogn. part. 2. tit.5. & 6.lib.1.q.15.*

An in ſucceſſione patruelis, admittatur patruelis ex altera tantum parte conjunctus, cum patrueli utrinque conjuncto, vel an alter alterum excludat. Nic. Everh. Sen. *conſ. 44.*

Adiens ab inteſtato, an poſſit variare, & poſtea eligere ſucceſſionem ex Teſtamento. Petr. Weſenbec. *conſ. 14. q. 1.*

Qua ratione defuncto, qui omnis generis bona & quidem in diverſis, diverſa ſtatuta & conſuetudines habentib. locis reliquit ab inteſtato ſuccedatur. Petr. Weſenbec. *conſ. 1. & conſ. 16. ut & 51. ſupra verb. ſtatutum.*

Filii ex legitimo matrimonio nati, ſi poſiti ſint in conditione, an intelligantur vocati. Surd. *dec. 162. v. ſup. fideicommiſſ. ſubſtitutio &c.*

Natus & conceptus poſt mortem teſtatoris, quando ſuccedat. Surdus *dec. 230.*

An volens defuncto ſuccedere probare debeat, bona, quæ petit, fuiſſe defuncti, vel ab eo poſſeſſa. Surd. *dec. 339.*

Avus maternus Patruum à nepotis ſucceſſione an excludat. Teſſaur. *dec. 5.*

Proximiore in Teſtam. vocato, an ſuccedat, qui proximior eſt teſtatori, an verò proximior gravato. Teſſaur. *dec. 64.* vid. *ſupra verb. proximitas.*

Parentes ſi paterni & materni pares gradu concurrunt in ſucceſſione, quomodo ſuccedant. Mynſing. *6. obſerv. 55.*

Quomodo parentes cum defuncti fratrib. & ſororib. ſuccedant. Mynſ. *6. obſ. 41.*

Conſuetudo, quâ parentes à fratribus & ſororibus defuncto utrinq; conjunctis à legitima ſucceſſione excluduntur, ad legitimam non extenditur. Mynſ. *6. obſ. 43.*

An conſuetudo quâ parentibus legitima in totum aufertur, valeat. Mynſ. *6. obſ. 44.*

73. *Succeſſio Collateralium.*

De Succeſſione Collateralium, vid. Berlich. *3. concl. 24. & loc. præced. & verb. ſtatutum.*

Quando collaterales ad Succeſſionem vocentur. Cöpen. *1. obſ. 166.*

Quando fratris, fratrumque liberi cum patruis jure repræſentationis ſuccedant. Cöpp. *1. obſerv. 166.* Paul. Chriſtinæus *vol. 1. dec. 190. & ſeqq.*

Ex altero tantum latere quando ſuccedant. Cöpp. *1. obſ. 167.*

Fratres legitimati, legitimi, naturales, vulgò quæſiti, item inceſtuoſi, an & quando ſuccedant. Cöp. *1. obſerv. 168.*

Poſt fratres, fratrumque filios, qui ad ſucceſſionem admittantur. Cöp. *1. obſ. 169.*

Conjunctio ex altero parente, an attendatur poſt fratres de Iure Saxonico. Cöp. *1. obſ. 170.*

De ſucceſſione fratris. Weſenbec. *conſ. 233.*

Frater ex latere an & qualiter cum fratre ex utroque latere, conjuncto in bonis mobilibus & allodial. ſuccedat. Cöpp. *in conſ. 1. ap. qq. enucl. decad. 1.* Viv. *deciſ. 469.* Cravetta *conſil. 653.*

Quando in ſucceſſione defuncti fratres & ſorores ex uno latere, & utrinque conjunctorum liberi, item matertera, amita, el avunculus ex uno vel utroque latere conjuncti concurrunt, quis eorum præferatur. Berlich. *3. concluſ. 24.*

Vtrum filii duorum fratrum inæquales numero, ſuccedant patruo in ſtirpes vel in capita. Cævall. *quaſtion. 121.*

Conſtitutio Caroli V. una cum fratribus germanis etiam fratrum liberos ex utroque latere conjunctos, repræſentationis jure ad ſucceſſionem defuncti fratris admittens, an adeo procedat, ut liberi fratris defuncti ex altero tantum latere conjuncti, jure repreſentationis admittẽdi ſint cum fratre vel ſorore ex altero latere conjuncto Pingizer *qu 14.*

Vtrum frater ex uno latere conjunctus ſuccedat fratri unc cum patre & matre Pingizer. *quaſt. 15.*

Frater utrinque conjunctus, an excludat fratris conſanguinei defuncti filium in ſucceſſione fratrum utrinque conjunctorum, tam in feudalibus quàm allodialibus. Pingizer *quaſt. 22.*

Filii fratrum tam in feudalibus quam allodialibus quomodo ſuccedant patruo, in ſtirpes vel in capita. Honded. *2. conſ. 65.* Weſenb. *conſ. 84. & conſ. 128.* Paul. Chriſtinæn *vol. 1. dec. 194.* Martin. Vran *vol. 1 conſ. 16.* Teſſaurus *deciſ Pedem. 162.*

Neptis ex fratre an excludatur à patruo, vigore ſtatuti, quod aliàs præfert fratres ſororibus in ſucceſſione ab inteſtato. Guetta. *conſ. 31.*

Excluſio fratris uterini propter fratrem conſanguineum ſtatuto introducta, quatenus reſtringenda. Cravetta, *conſ 457.*

Frater conſanguineus an cum utrinque conjuncto admittatur, ſtante ſtatuto excluſivo fœminarum Surdus *deciſ. 239.*

An ſoror & frater legitimus, fratri ſpurio, in ſucceſſione fraterna præferantur. Treutler. *conſ. 46.*

Conſ. ſuper hereditate fratrum, ſororum, nepotum, cognatorum, ſive patruelium tam feudalium quàm allodialium. vid. apud Bapt. Cæſ. *conſ. illuſtr. 83. & ſeq. p. 1.*

Vtrum frater conſanguineus cum utrinq; cõjuncto in bonis allodialib. vel feudalibus una ſuccedat. Matth. Weſenb. *conſ. 82.*

Vtrum conſanguinei fratris filii jure repræſentationis cum patruis in feudo admittantur. Matth. Weſenb. *conſ. 83.*

De

De ſucceſſione fœminæ, quæ pecuniam ſuppellectilis reliquit. Weſenb *conſ 161.*

De ſucceſſione nepotum, quorum alii ex fratre conſanguineo, alii ex utrinque conjuncto deſcendunt. Matth. Weſenbec. *conſil. 180. & conſil. 193.*

De ſucceſſione collateralium ab inteſtato. Nic. Everh. Iun. *1. conſ. 60.* Georg. Everh. *2. conſ. 13.*

Soror ſuccedit fratrib. ab inteſtato etiamſi fuerit maritata à patre. Viv *dec. 188.*

An fratrum filii repræſentationis jure cum patruis ſuccedant, ſi de repræſentatione in linea collaterali nihil conſuetudine caveatur. Robert. *rer. judic. lib 3. cap 15.*

An patruus, qui fratris filium ad ſucceſſionem ſuam admitti voluerat, pœnitere & voluntatem ſuam revocare poſſit. Robert. *rer. judic. libr. 3. cap. 16.*

74. *Succeſſio Conjugum.*

De ſucceſſione Conjugum, vid. Berlich. *3. concluſ. 26.* vid. Mußtheil. Paul. Chriſtinæ *dec. Belg. vol. 4. deciſ. 77. & ſeqq. & ſupra verb. ſtatutum, &c. acquiſita & v. dos donatio Conjugum. Vſuſfructus.* teſtament. Conjugum.

Conjuges quando invicem ſibi ſuccedant. Cöpp. *1. obſ 172.*

An conſtitutio Marchiæ ſuper dimidietate bonorum in caſu non exiſtentium liberorum, locum habeat inter illuſtres perſonas. Cöpp. *qq. & nucl. 3. dec. 1.*

Vxor an in præjudicium Mariti & in diminutionem portionis ſtatutariæ, hæreditatem ſibi delatam, vel aliud quid repudiare poſſit. Berlich. *dec. 51.*

Maritus an & quatenus in fraudem Creditorum, hæreditatem uxoris, vel lucrum ſtatutarium repudiare poſſit, Berlich. *deciſ. 114.*

Lucrum, quod alicui per ſtatutum defertur, an per ultimam voluntatem vel aliam diſpoſitionem auferri poſſit: & an tale ſtatutum valeat. Teſſaurus. *deciſ. 34.*

Vxor relicta domina & uſufructuaria in teſtamento Mariti, quid conſequi poſſit: & quid ſi liberi mortui fuerint, ſtante Cl. *dum cum liberis morabitur*, & caſus examinatur, in quo mulieri relictus erat uſuſfructus, vitam vidualem tenendo & filium gubernando &c. Theſ. *1. q 54.*

Sponſa vel ſponſo ante nuptias vel in ipſo nuptiarum die decedente, an ſuperſtes id lucretur, quod ex pactis dotalibus vel ſtatuto aut conſuetudine loci debetur, ubi matrimonium plenè fuerit conſummatum. Berlich. *3. concl. 25. vid. ſupra verb. dos.*

De ſucceſſione uxoris: & quid ei ex bonis mariti debeatur de jure communi. Berlich. *3. concl. 26.*

Tttt 2 Iure

Iure Saxonico quid uxori ignobili ex mariti defuncti bonis debeatur. Berlich. *3. concl. 27.*

Vxor nobilis quidnam ex bonis defuncti percipiat de Iure Saxonico. Berlich. *3. concl. 28.* Heig. *1. qu. 27.*

De ſucceſſione Mariti, & quid Maritus poſt mortem uxoris ex ejus bonis lucretur. Berlich. *3. concl. 29.*

Quæ mobilium appellatione contineantur, ad hoc, ut ea maritus ex diſpoſitione Iuris Saxonici vel alterius ſtatuti poſt mortem uxoris lucretur. Berlich. *3. concl. 30. vid. ſupra bona mobilia, &c.*

Pecunia hæreditaria Erbgelder/ quæ ex hæreditate Parentum vel aliorum mulieri quotannis ſolvitur, an & quatenus inter mobilia referatur, & defuncta uxore ad maritum pertineat. Berlich. *3. concl. 31.*

De pacto ſucceſſionis conjugum, daß nach beeder abſterben/ jhr Verlaſſenſchafft ſoll auff beederſeidts Freund fallen / quo tempore hereditas debeatur, Wehner. *conſ. Franc. 26.*

Statutum, quod alterutro conjungum prædefuncto bona ejus ſuperſtiti defert, an ratione bonorum ibi ſitorum pertineat ad conjuges alibi domicilium habentes H. Piſtor. *obſerv. 23.*

Maritus utrum nomine mobilium, ad ipſum de Iure Sax. pertinentium, lucretur pecuniam, quæ uxori ſuæ obvenerat ex bonis ejus, de cujus morte etiamnum dubitatur. H. Piſtor. *obſ. 103.*

De xeniis ſeu donis, quæ tempore nuptiarum ſponſo & ſponſæ præſentantur, ad quem illa alterutro conjugum decedente, pertineant. Berlich. *3. concl. 32.* Speckhan. *cent. 3. quæſt. 16. Claſſ. 1.*

Nomina, actiones vel pecunia credita, an inter res mobiles referantur, & poſt mortem Vxoris marito, an verò hæredibus uxoris cedant. Berlich. *3. concl. 33.*

Annui reditus in pecunia vel aliis rebus conſtituti, pro mobilibus an immobilibus habendi: & quid ex iis poſt mortem uxoris de jure Saxonico ad maritum pertineat. Berlich. *3. conclus. 34.*

Partes metallicæ, quæ Kuckhus vulgo vocantur, an inter mobilia vel immobilia referantur: & quid ſi pater vel maritus vel alius uſumfructum illorum habeat. Berlich. *3. concl. 34.*

De cauſis, ex quibus conjuges portionem ſtatutariam amittant. Berlich. *3. concl. 35.*

Maritus an & quando privetur ſucceſſione, ſi conjugem occiderit. vid. *ſupra verb. homicidium. & uxoricidium, &c.*

Mulier nobilis ex conſuetudine quotam hæreditatis Mariti defuncti accipiens, an & illa, quæ aliàs mulieri-

lieribus nobilibus jure Saxonico debentur, petere poſſit. Berlich. *3. concluſ 50.*

Vxor cui dimidia debetur ex ſtatuto, an eam detrahat ante legata ſibi relicta, ita ut portionem eam non diminuant, an verò poſt. Mod. Piſtor *quæſt. 3.*

An uxor deſerens maritum peſte laborantem, & è contra, poſſit eo mortuo petere portionem ex ſtatuto debitam, vel privetur lucro ſibi ex pactis &c. debito. M. Piſtor. *qu. 90.* Rauchbar. *2. quæſt. 20.*

